



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

Liber III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

## LIBER III.

**S**UCCESSORI Riccio Longobardi aduentum in Regiam, multa in quartum mentem distulerunt; serus nunciatus impositi muneris; serus Quanceum oneraria appulsus quæ recentis vehebat operas, subituras in eorum locum, quos victus incommoda, & pertinax in lingua condiscenda labor in tabem egerat, & erant Macaam ad Lusitanos medicos necessarios deportandi. Postquam autem vertente Decembri, tres illi quos expectauerat, fluniorum deinsis custodiis, applicuere tandem Sciaoceam, duobus illorum sociis Felieiano de Sylua valetudini reddito, & Nicolao Trigaultio Nancianum peruenit; tertium pro se Sciaocci reliquit Manuëlem Diaz Castroblancum, quem cognominarunt iuniorem, vt à seniori discerneret. Nanciano inspecta, & Neophytis illic agentibus, bimestri per annum anfractus navigatione Nanchinum lubit, vbi nostris coactis, etiam Cataneo Sciamhaj degente, multa in consilium adduxit, commune bonum spectantia; pretius tamen de baptismi forma certatum est idioma Sinenfi tunc primum composita. Carent enim Sinenfes R. B. D. quibus efferendis, quæ similibus sonant substituant: ad hæc ferre aures Sinarum nequeunt vocales duas interiectis consonantibus duabus aut tribus, nec pronuntiare illas nisi perperam possunt. Dempto denique M. & N. nulla Sinarum vox in consonantem exit: ad hæc voces easdem Prouinciæ quindecim tam diuersæ inter se cum efferrent vt suam per se seiunctam ab aliis habere linguam singulæ viderentur, timendum erat non mediocriter, ne absque variatione illarum in ore barbarum aliquid sonarent sacra verba, vel significandi vim necessariam baptismi non satis retinerent: alia ex parte vsque adeo inuentu difficiles putarat Riccius characteres & voces, quæ naturam referrent formosæ sacre sententiam, potissimum verò quæ Spiritum sanctum à spiritibus aliis inferioribus distinctum notarent, vt nulla sua linguæ peritia ausus esset Latinam formulam finicè rediere, & quidem prouide; quoad fide latius diffusa, & auditu lectuque intelligerent infideles quibus verbis significaretur à nobis verus Deus, & discernerentur personæ diuinissimæ Triados; transissentque prouide verba illa ex vsu veteri in ius significandæ vulgò, distinguendæque angustissimæ Trinitatis; quod etsi tunc post tantum temporis obtinuisse sentirent Patres, diu nihilominus inter se multumque agitarunt. Longobardus annis decem & quatuor, Cataneus

I.  
Bapt. forma  
Sinenfi lin-  
gua quàm  
difficil. quo  
modo?

Cataneus septemdecim in lingua pōsitis, & apud Mandarinos dictio-  
nis laude florens Vagnonius, & alij, sacrāque baptisimi formulam  
Sinenſi conceptram ſcripſerantque vernaculo, Literariſ Sinenſibus de-  
re retractandam, pridem Chriſtianis, fideique Myſteria & linguam  
apptime callentibus, quam cū ij probaſſent, pro legitima com-  
pceptis habendam Patres ſtatuērunt, Chriſtianisſque omnibus promul-  
gandam, ut incidentibus neceſſitatū articulis ea vterentur, infan-  
tibus maximē in extremo periculo tingendis, quod ſimulato morbi  
remedio non pauci factitabant, Hæc & alia in rem Chriſtianam dōm  
Patres conſulunt adest citatus Pechino nunciū profeſſionem Longo-  
bardi vehementer vrgens, quare aſſumptis ſecum Feliciano de Sylva,  
& fratribus duobus Sinenſibus, Trigaultio Nanchini relicto quampro-  
mum itinere ſe dedit, miſſis prius Hancum qui ſtationem in ea ur-  
tropolī locarent (de cuius progreſſu poſtea) nam variis urbibus, bo-  
ni eiufdem deſiderium teſtatis, fieri ſatis non potuit, ob penuriam  
operatum, & temporarij com meatus; quo Sciaocei quoque, vrbē  
propius licet Macao diſtante, ſic egabant ut dies hebdomadæ, ſer-  
non niſi orizæ aqua macerata demento veſcerentur; paucillum bubu-  
linæ diſdominico adderent, quā nec bubulci, neque mancipia di-  
gnantur attingere; carnis aliis præ ſumma inopia abſtinerent quin-  
quam & multis, & pretio vilibus: mulcebat hæc ærumnas Apoſtoli-  
ci miniſterij tolerantia comes, & character, maximēque fiducia li-  
laris quā Longobardus vbique ſecuros fecerat nihil eſſe noſtris in po-  
ſterum ab exilio metuendum: noſtros vſu edoctos tempeſtates ex-  
aut frangere; conciliatam iis à Riccio doctrinarum omnium præſidium; co-  
optatos à Rege in urbem Regiam, ipſosque aulae domeſticos ex no-  
ſtris quatuor; inſtarque omnium tam diu nos eſſe in regno verſatos,  
ut Sinis per leges non liceret ex eo nos pellere ne (quod ipſi hæc  
lege cautum voluerunt) per nos Regni arcana, per noſtros ſequenti  
regnum proderetur. Hæc Longobardus apud ſe, & ad noſtros; hæc  
Trigaultius etiam in Europa, hæc alij, quā ardentem optantes tam  
facile creduli, haud quidem ut Riccium carperent eiufque ſuſpensionem  
perpetuū timores, verum ut illos iam partæ fiducia ſtabilitatis em-  
darent: at enim Riccium ſapientius timuiſſe, quā iſti iure confi-  
derent quinquennio poſt nimium paruit, cū pulſi extra Sinas, Macao  
ægrè contitimus, quā calamitatem conſciuit Patrum qui Nanchi-  
ni debebant confidentia hæc, libertasque in vſu Chriſtianæ pietatis  
animosior quā cauta; & demum (contra quā ſemper inculcauerat  
Riccium) quod perperam crederent, non eſſe in poteſtate Mandarini  
etiam offeſi, nos regno extrudere; id verò grandi ſuo malo, expec-  
ti ſunt quā falſo crederent.

Quod autem noſtros in Mathematicis exquisita peritia, Reipublicæ  
neceſſarios ſuaderet, hoc ſeculi huius anno undecimo potiffimum  
claro.

2.  
Victus dif-  
fic.

3.  
Falla præſi-  
dentia, de  
ſtabilitate  
pp. in Sinis.

claruit, magno quidem exinde sed breui compendio, inciderat Luna defectio in anni præteriti medium Decembrem; horum momenta defectuum, vtraque in aula Regis Astrologi pro officij fide sic obseruant, vt si de summa imperij agatur, quæ quisque momenta laboraturi syderis, & restituendi notauerit, eorum Princeps in vnam eliquat certæ prædictionis sententiam, quæ ad Regem defertur, moxque ab Rege velocibus nuntiis omnes Prouinciæ in expectationem vaticinij ingentis arriguntur, cuius illis dies, hora, & articuli, editis literis asseruntur: hora media illo anno errant Astrologi (quæ apud Sinas hora est solida, qui diem horarum nostratum viginti quatuor, in horas suas duodecim colligunt) grauis inde in Regnum offensio, indignatio omnium aduersus Astrologos, & decreta in miseros ab Rege erroris poena, illi in præfens solliciti, in posterum prouidi, apud eum demisere expostulant, alienam se culpam luere; errorem hunc esse Astronomiæ Sinenfis, & Calendarij abaci, non suum; nunquam fore certa & rata prognostica, ex vacillanti, & falso canone, cuius calculo minutim diligenterque institissent; iuberet illum Rex corrigi, vt certæ de cetero prædictiones ex eo eederentur. Hic animi omnium ad Patres versi, rogantur à tribunali rituum correctioni manum admouere, Calendarias tabulas emendare, & nostros de Astrologia codices sinicè reddere. Læti occasione læta Patres Religionis promouendæ, liberè respondent, se quidem Sinas nec eo consilio per infinita quæsisse discrimina, vt eas scientias traderent, quæ nihil aut parum ad salutem animi faciunt; nec eas didicisse, nisi ad oblectamentum ingenij, quod interponerent interdum seriis: propositi sui & votorum fuisse summam vt cognitione veri Dei Sinas imbuerent, eiusque legis sanctissimæ, cuius accurata obseruatione homines in eam euaderent ad quam conditi sunt beatitatem sempiternam; Regis tamen in se beneficentiæ singulari debere omnia; eiusque tribunalis humanissimæ comitati; correctionem tabularum vltro suscipere, & incubituros in eam accuratatione tam strenua quanti ea esset apud Regem, qui sua illam inter grauissima regni negotia dignatus esset commendatione. Placuit Magistratui responsum, Præfes libello ad Regem retulit, Patresque ad hoc nominauit qui Pechini legabant, adiuncta clausula qua illis fas erat alios accire; ac ne qua vsus Sinenfis ignorance fallerentur, Doctores Paulum, & Leonem, adiutores operis acceperunt. Cùm his Sabbatinus de Vrsis Calendarij Sinenfis digestos canones cœpit retexere; & Principi Mathematicorum commentationem tradere maiorum Planetarum, quam ad mensum perduxit huius anni 1611. Aprilem, quod à me non frustra hic notatur ad refellendos, qui malè prædictum deliquium, solis fuisse non lunæ scripserunt, cùm solis tunc esse nequiuert.

Suspexit magnoperè Sabbatinus Sinenfium veterum solers ingenium qui nulla sistematis figuratone, & varietate fictorum circularum quibus luminarium maiorum motus erraticos æquabili regula fixaque

R r

4.  
Calend. Sinenfis emendatio noſtris à Rege commissa & cur

diuiderent; nihilo tamen hanc minus feliciter indagassent, quam si principis niterentur necessariae veritatis, quod ipse imprimis breui complexus est apparatus, ad Astrologiae Sinensis componendas cum nostris regulas, cuius initij partem do aliquam, quod & historica sit, & huic elucidandae materiae opportuna. Sic ergo scribebat anno aui nostri duodecimo. Habemus chronico Sinarum ab annis retrò nonagesis septuaginta supra mille Calendario vsos, quod ferè eclipsion computatione, & caelestium motuum continetur, variarumque observationum, de quibus inferiùs, principium huic dedit Rex lao, qui sanctissimos eius nomine Hi, & Ho, fratres duos nactus, iussit eos varietatem caelestium motuum stasis regulis definire. Secutus est bis mille post annos Cin Hoam Rex, qui anno imperij sub tricesimum quarto proscriptis librorum studiis omnes igni addixit, praeter Medicos, Geographicos, diuinationum, & quod lugent etiamnum Sinae Calendarum, quanquam annis deinceps centum nonaginta, illarum computationum ars tradi non destitit, & priuatae dumtaxat vocis disciplina in futurum transmitti, donec Rex literis aequior imperio potitus, seruas ab eo incendio, latebris, & subterraneis cauis libros, diligentissime requisit, primisque honoribus, & vsibus reddidit. Sic restituta integrum Calendarij regulae, quas vt demus illas ipsas esse a veteribus inuentas de praenotionibus eclipsion, & annuo temporum ordine, sed emendatas ferunt quinquages quinquies, factumque id vltimò ante annos tercentum ab Astrologo illustri Cosceueno. Praeter hoc suum propriae, sibi que carissimum Calendarium abacum, alium tenuit quo Mauri ex Perside Tartarum donarunt tunc Sinis dominantem post vltimò repertum in palatio Humuuni, Sinarum à Tartaro fortissimi vindicis) qui regni sui anno, quinto decimo, vlti sinice mandauit, adducendam ex eo correctionem Calendarij Sinensis: sed eius interpreti Mandarini duo ex Collegio regio, Planetarum intacta speculatione, quam nunc etiam is liber exhibet, vsus tantum illorum vertebant, & obseruandi experientiam, quam vnam percipiunt Sinenses, & ex Oroscopis nonnihil, ignari de caetero contemplationis, & causarum. Hae de Calendarij negotio, supremi apud Sinas momenti Sabatinus, & necessitate illius subinde exerrationes certioribus regibus emendandi. Vltimò datum quem diximus à Praeside Rituum libellum R. x suo probant Rescripto, quod Typis editum, vniuersoque mox vt moris est regibus per cursores spartum, incomparabilem nostris famam, & auctoritatem peperit; gratulati sunt illis Mandarini, solemnibus officiis demandatum ab Rege operis tanti Prouinciam; Gubernatores appensis per computatibus, optatissimo nuntio populum recrearunt de Calendario à Patribus magni Occidentis rectè instaurando. Incumbebat operi Sabatinus cum Paulo & Leone laboris sociis; defectionem aliquam siderum operiebantur, cuius cum alterius Europa acceptae observatione, stabilirent longitudinem Regiae Pechinensis; latitudines vrbium meriebat Jaco-

bus Pantoia, cum præstantissimi negotij successum mathematicis Regij misere corruerunt, Regem perinde libello supplici adeunt, ut si opus ipsimet iam per se absoluisent, quod nostri solum inchoarant; nec erubuit cupiditas impudens Calendarij velut emendati, pro quo nec dignum mouerant præmia poscere honores & quæstus immodicos, & astronomicæ organa, & alia impudentiæ tam audacis ut perætus Rex petitionum insolentiam Calendarij, cogitationem profus abiecerit sic illæ de Calendario indice restitutæ non temerariæ expectationes, in fumum abiere. Ergo Sabbatinus habitatione palatij imita, & ædis sacra sepulchro Ricci proxima, excogitauit aliud quod persuaderet Sinis, nostrorum nemini defore vnquam in publici bonum illas artes, & propensissimas voluntates quas in Riccio adamarant. Moltus est machinam assellendis ab imo profundi cuiuslibet in sublime aquis, & transfundi gradatim in vasa, alia aliis altiora, quod apud nos vulgare & obutum, illic nouum, inuisum, incomprehensum, vniuersum. Fotas Pechinua exiuit ad spectaculi admirationem, tribunalium Præsides, & Collegas, Taolios, Colios, regni Administratos, Principes Eunuchorum; primò tamen ingressu reuerentiæ humilis officia debita S. Iluatois imagini exsoluebant cuius titulo inscripta fuerat ædes sacra; tunc Præsides Rituum, Tienciutam vocauit, hoc est *Templum Domini caeli*, mansitque loco nomen. Vnus cognatione Regis & grauitate prudentiæ illustris, inspecta operis machinatione, Patres Scingin, & omninò Scingin appellauit quod homines sanctos, & planè diuinos significat, beneficiariæ scilicet in publicum natos, sed castæ, ac nobili, & ab suo quouis priuato commodo alienæ; procul ab auaro Bonziorum quæritu, & sordibus, qui nisi immensis pretiis nihil docent; exacturi omninò ab Rege templum in qualibet maiorum vrbium, si quid Patrum labori simile inuenissent; hinc idem nostros & arcta necessitudine, & salutaribus consiliis dignatus est ad firmandas illorum in regno sedes. Ad hanc aula tam prona erga nos gratiam, & communia omnium studia, exiliebatur gaudio Doctores Paulus, in re Christi agenda nostris haudquaquam inferior, ventitabat ad eos stupens liberas in regno ipsaque illius vitalia eorum stationes, reclamantibus perpetuo ex Cantonensi tractatu Mandarinis contra Lusitanorum incrementa, & Extremos quos in regno passim, & regni visceribus alerent; inde fieri negabat potuisse nisi diuinitus, ut iis mechanicis peregrinis tentarent & promerentur omnium fauorem, suadebatque Sabbatino, ut eorum artem scripto libro proelis committeret; librum ex vernaculo, Sinensi in aula nobilem traduxit, & elegantem ornate illum proœmio voluit Præfectus regiæ admonitionis, quemque multis optantibus cum locus non esset, suis saltem laudari adscriptis nominibus tum se, tum librum voluere, nullum tamen ex iis quibus licuit locum dare, tantum fuit quanti proœmium celebratissimi Mandarinum, qui tam magnificè in laudes excelsit legis à Patribus traditæ, nihil ut posset vberius

1.  
Mechanica  
artificia quæ  
vtilia ad fi-  
dem intro-  
duc.

à Christiano expectari; ad utilitates verò sperandas ex machinis, quarum artificia edebat liber, addebat sufficere, quod ipse Pechino festinaret abire, ut occuparetur meritum importati primùm in suam Prouinciam Chiansiensem illarum inuenti, vsùque per eam latissimè frequentandi. Pro illo item quo prae nobis Sinæ publici commodi priuatim honore ac studio tanguntur, non pauci argentum gratuitum sculpturis characterum, figuris, & reliquis vulgandi libri sumptibus sufficere. Absolutum opus Sabbatinus primariis quibusque Magistratum obtulit, etiam Colais, qui profecuti sunt auctorem muneris, & munus honoribus, supra omnem morem eximii.

Postremò Præfectus Regionis Pechino subiectæ, eiusmodi machinis duabus Patris dono acceptis, omnes iuris sui Pagorum & urbium Præfectos ad festam acciuit gratulationem; machinas geminas cultu sublimes magnifico equis imposuit, & numerofo comitantium ordine inter vexilla, & tympana sonosque tiliarum, circumuehi iussit per frequentissima ciuitatis, dignas videlicet omnium admiratione; mandauit præterea similes nonaginta sibi fabricari, quas dono in vrbes alias mitteret, edita denique lucubratione illas mirificè illustrauit, qua inter cætera, prædicabat regnum, cælo debere plurimum, quod Patres sibi à magno Occidente misisset ditaturos inuentis, & commodis Sinas, ingeniorum suorum præstantia, fulciebatur his in aula prædidi Patrum sedes, nutans identidem validèque concessa, prædicato, nec sat vnquam purgato Externi nomine velut hostis, & Lusitanorum exploratoris. Quare aduertit religiosè Doctòr Paulus & cum eo nostri Deum nobis subindè has occasiones subicere, fouendæ populi, & Magistratum gratiæ Regisque ipsius, ut pauò post eam contigit. Cùm ex Eunuchis fauore apud eum pollens, mentem illi iniecit habendi quatuor mundi partes tabulis totidem seiunctas grandibus adscriptis quæcumque ad eas attinerent delectabilibus & scito curiosis. Illas Pantoia ex magisterio Ricci deussit, suisque ad certam amussis cosmographæ descriptionem gradibus, & regionibus absolutis. Præterque proprias, & historicas appendices, etiam politicas adiecit, fusiores tamen de Christi aduentu, animorum immortalitate, æternam beatam, æternam miseram; Christiano cultu, eique addictis magna sua gloria Regibus, & nationibus; de Monarchiæ demùm Ecclesiasticæ splendore, quæ Doctòr Paulus accurato labore ad dignitatem argumenti stylo nobili exposuit, Frater Niua Iacopus, auti, & colorem luce varia vbiq; & vndique elegantissimè decorauit. Et eò denique euasit prima operis perfecti species ut eam suspicerent cum incredibili gaudio Eunuchi, & duos nostrorum, eius artifices, præter quam soleat fastuosissima indoles omni beneuolæ comitatis significatione afficerent; Rex eò sic delectatus est, ut eum cupido cepit, vberioris historiæ, quæ quicquid vsquam est cognitu iucundum, & vtile narando perstringeret.

6.  
Geog. tabulis  
quatuor, Rex  
diuina docetur.

Succurrit

Succurrit hinc Patribus ingens ardor Christianismi approbationem, & promulgationem solemnem diplomate impetrandi nullius tribunalis re-  
 centioni obnoxio, quod fuerat tertium Matthæo Riccio & supremum  
 votum: nam duo priora fixas in Sinis, & Pechini sedes, sua virtute  
 iam obtinuerat; de hoc tertio mouere aliquid fidelissimi amicorum,  
 & aulæ columnæ, certioris semper putarant nocuenti, quàm boni  
 probabili. Homines aduenas, animorum, & vitæ Societate iunctos,  
 non minora in regno adeptos quàm ipsos indigenas miraculum esse  
 competenti nostræ, peritæque innocentie. In Religione propaganda,  
 quod vnum erat nobis propositum, pergeremus sanè eadem mode-  
 ratione quam tenuissemus in ea inducenda; versari nos in gente par-  
 tim studio idololorum nobis inimica; partim regno, & sibi magis cauta  
 suspiciosa, & timida, quàm nostri secura. In faciendis itaque Chri-  
 stianis sic agenda ne factionem coegere videremur, & numerosæ tur-  
 bæ ostentatione credulum in peius populum terretenu, Primatèque  
 ipsos, qui Prisco sectarum, etiam Sinensium exemplo docti, censerent  
 à nobis coniurationibus præludi. Hæc tam sapienter, altèque Riccio  
 insederant vt intempestiuam semper iudicaret rei tam lubricæ postu-  
 lationem. Pantoia nunc & Sabbatinus, præsentibus gratiæ nimium  
 consili fauonis, & Aquauia Generalis ad Riccium, pauò antè de-  
 functum epistola, feruidiores facti, rem denuò referunt ad amicissi-  
 mos Mandarinos, de petendo saltè eodem iure libertatis quo secta  
 idolorum, etsi alioqui extranea toto regno Sinarum fruebatur; verùm  
 in iis fuit nemo qui petitionem approbaret, quod excellentia legis  
 nostræ cælestis & diuina, nullum esset in Rege amoris sensum impres-  
 sura, vt qui delictis, libidinibus, & abdomine sepultus, vix præ mo-  
 le atuinæ proferret pedem; vix paleatibus ex obesa ceruice arettorsum  
 pendulis anhelans spiraret, vix loquens audiretur, nisi si quando iratus  
 fureret. (talem hunc iis depinxerant Eunuchi) qui si forte petitis an-  
 nueret, nunquam fore vt eius Rescripto Siuleius subscriberet nisi à Co-  
 lliis & Externoribus, ac Rituum. Præfectis retractato, cum id in mi-  
 nimis etiam, ex lege Sinarum inuolabili nefas sit omitti, hos verò  
 pro fide officij quod gerunt dissuasuros id Regi procliuus, memora-  
 tis querelis Cantonensium, quàm pro suo erga nos amore in nostri fa-  
 uorem sua suffragia collaturos. Quibus intulit Doctor Paulus, de Re-  
 gni negotiis vix vnquam consuli, quin de pellendis Macao Lusitanis,  
 inptimis ageretur, terque illo eodem anno, datos contra Patres libel-  
 los supplexes, quod ipsi quoque Macaenses essent. Hæc ille quàm cer-  
 to affirmaret, amici clam nobis indicarunt, inter eos nimirum consi-  
 liarios, quorum probè tenebant arcana, de nobis multa cogitati, &  
 suspectas fieri excursions nostras in vicinos pagos, ad cogendos cœ-  
 tus sequacium, quasi vrbs Regia Pechinam tot ciuium centenis milli-  
 bus angustum præberent labori nostro campum. Proin cautius nobis  
 & parcius aliò excurrendum, ne dum paruis inhiaretur lucris, sum-

mae totius iactura fieret. Optatis igitur exclusi maioribus Patres cepto demceps institere, neque clam penitus, nec tanta in luce, ut de se rumores spargerent nocituros: ferebantque religiosae operae non pœnitendos fructus, si minus numero; dignitate saltem, & nobilitate personarum, in quo partem obtinuit non parvam Doctor Paulus, quod & pietatis ardore industrio, Literatos excelsi nominis ad Patres perduceret à quibus diuina solidè edocti sacris fontibus tingebantur, & sanctimoniam cum priuatim suam, tum domesticam exemplis, quam profitebatur legem validè prædicaret, castimonia præsertim & demissione sui, duabus inter Sinas tam peregrinis dotibus, quàm carum auctrix, & magistra lex Christiana: iungebat his patrocinia, & subsidia miserum & pauperum; plebeios tumultus, & Magistratum infestationes quibus conflabantur Christiani, auctoritate, precibus, gratia magnarum amicitiarum denique sedabat; cumque illum Deus in diuinis, stylo illo suo sublimi & grandi clarè ac proprie explicando singulari donasset ingenio nihil vquam nostri dabant in publicum, quod Pauli censura non probasset. Quem si tunc Deus in Colai gradu à quo proximè aberat locasset, omnino statuerat eò Regem adducere, ut de immortalis animi salute audiret, sperabaturque agente spiritu increato, ex semibestia, in verum hominem reditorum foreque ingens inde miraculum, ut absque miraculis Sinarum imperium Christo subderetur. Tunc mecum, aiebat, Patres, religio, Christus, paradisi, Orbis totus triumphabant, ceterum Pechini die cuiusuis hebdomadae sexto docebantur fideles Christi vitam mortemque meditari, & quotidianis virtutum profectibus seipsum fieri meliores; pueri his quot hebdomadis credendi rectè & agendi præceptionibus instituebantur, quæ ex vitæque disciplina prodibant virtutes heroicæ, illustriæque illorum monumenta, paupertatis voluntariæ, amoris erga inimicos, propugnatae viriliter aduersus aurum, & inopiam egenæ castitatis, aliæque fortia & rara, sed reliquis per Sinas stationibus nostris communia.

Hac tamen Christianitate Longobardus Inspector, Nanchinensem agnoscit gloriosorem, fidelium numero Mandarinorum beneuolentia diuinæ legis æstimatione: erant hi fructus laboriosæ solertiæ, vni Vagnonij sociorum altero Sciamhaium, Hancem altero profectis. At huic eius animorum ædificio æterno, præmittenda est fabrica materialis templi, quod illic religio possessionem iniuit iuridicam mansuræ habitationis, illi non imparem, quæ seclæ aut illic vernacula, aut sacellis quindæcim ius noctæ ciuium fruebantur. Primam fabricæ huius cogitationem Vagnonio Mandarinus tres indidit, vehementer hortati ut Magistratum prompta sibi beneuolentia vteretur; excusantique ingenuè suam egestatem, quotidiano etiam victui agrè necessaria suggerentem; ex his vnus Doctor Leo, templo solum emit; primam ædificii partem duo alij extulerant, promouit certè sua manu opus, eius auctor & dominus, & benignitatem quoque idololatrarum in illud contulit. En autem inter hæc aduunt Pechino à Patribus literæ quibus Vagno

7.  
Mandarin  
Neoph. vir-  
tutes exim.

7.  
Epistolam  
Neophyt.

8.  
Nan hinc f.  
Christi  
templum  
ædif.

nium grauer deturbant ab illo opere, nisi ex assensu legitimi tribunalis, neque nos tam firmis haerere radicibus quàm posset leuis vnus legis transgressio, grandem nobis poenam accerere. Probatunt Patrum conuicam cautionem amici Mandarini, sed assensum illum impetrandum rei alterius petendæ specie, sic esse stylium curiæ Sinenis vt oblique petatur & dissimulanter, quod directò postulatum conuicit fore obtentu difficile. Postulata est ergo suppliciter immunitas in perpetuum a iure annuo, quod sicco pendebant domus quinque, ad extruendum Domino cœli templum, solo æquatæ concessaque est prolixo diplomate, cui intercedere ausi coactotes, de subdola illa priuati iuri occupatione plagas publicè retulere, nos verò alterum, & tertium, priori expressius diploma, quo illa immunitas prædicabatur data ob constituendum Domino cœli templum. Huc Præses Coliorum (qui Regis sunt admonitores) ætate ac morum integritate venerandus, absenti Vagnonio, & legi quam docebat (præter amplissimum diploma) laudes attribuit quibus non posset ampliores ardentissimus Christianus: eius colloquium expetit, conuiuiam adhibuit, & inter multos eiusdem Ordinis sapientes, primo ad mensas loco honestauit. Templi materialio Sinenis partim muro surgebat; partim lignei septi commissura; designatio verò ex Europæ architectonica, quam longè Sinesi pulchriorem magno statim concursu ciues frequentarunt. Vicini tamen ad tribunalia vario strepitu detulere, quod officeret eorum luminibus & umbram domibus faceret; illinc bonam fortunam ad eorum fenestras aduolantem, offensuram ad proceritatem ædificij, & retrò agendam; hinc umbram illius, de cœli aspectu infelici, fore illorum domibus omniosam: contendebant ergo secari medium debere. Vagnonius sanando delirio verba, & operam perdebat, vnus ex delirantium Magistris, viarum experientia famosus quibus bona, & mala in domos subeunt, tumultum sedauit, & rem totam confecit; interrogatus, eius templi, quam latè se damna porrigerent, respondit, à templo bonorum omnium auctoris, & cœli stium Domini, nihil mali trahendum; bonum omne sperandum, eiusque umbram futuram domibus pro tutela ita stituti vnus sapientia opportuna; multis stultitiam ademit. Sed validior alium tamen breuior exagitauit insania, spectanti de fenestra, obiecta est oculis marmorea crux templi frontem exornans, resilit velut ab aspectu draconis inuolantis, fenestram occludit, Christianum amicum adit desperabundus & ciulans, & funesti signi lethales influxus per fenestræ rimas penetraturos domum vociferans; cui Christianus quid erox esset, quid Crucifixo deberent homines, quibus nos eripisset malis, quam infinita bonorum æternorum felicitate cumulasset, vbi explicuit; repenti erucis amore incensus Christianum se esse professus est, infortunij metu, spe læta deterso faustitatis quam exinde à cruce, impatienter expectauit, multoque tum confidentius cum inuentæ Crucis beatissimo die consecratum est Deo templum. Solenne Sius est nouam habitaturis domum non tantum momenta legere quæ

fortunissima somniant, sed laciniosa præterea inanum Rituum obferuatione, auerruncate ab ea omne infortunium, & sub eodem secum recto beatitatem vitæ perennaturam in æuum accerere; Æquum putarunt Christiani, nec vetare Vagnonius; potuit, piè in templo nouum vsurpare, quod suis in domibus superstitiosè Ethnici vsurpabant, in quo id vnum in commune spectarunt, vt denuntiarent vbi vniuersæ, Dominum cæli, eiusque præcones habere publicum in ea templum festa igitur in veste procedunt, & longis ordinibus, variorum sonorum multa distinctis symphonia, urbem qua erat maximè celebris obueunt, prælatis effusa copia in vsum templi donariis, quorum religiosam largitatem etiam Ethnici, sed magis ferentium & supplicantium collectam modestiam mirificè laudant. Dedicari honos & fama templi creuit paulò post duabus tabulis elegantissimi, ornatus quatum in altera hæc epigraphæ legebatur *Templum cultui diuino sacrum*, in altera *Domus Literarum magni Occidentis*. Has non ita pridem baptismo tinctus, ex Principibus Mandarinis splendido miserat comitatu, templi & ædium foribus appendendas, quod honoris genus apud Sinas reuerentiam loco addit, auctori tabulæ æqualem, cuius etiam in eadē ce nomen habet adscriptum, Patres tam illustres ad Christianismi gloriam priuilegij extare voluerunt æternam memoriam, saxea in templo lamina his verbis incisam. *Nanchini, aula veterum Regum Sinesium Patres Societatis Iesu posuerunt, & Deo Optimo Maximo prius templum publice dedicauerunt*. His etsi magnoperè reficeretur Patrum labor; at multò iucundiùs & copiosius, sanctis Neophytorum profectibus; obtentum certè diuinæ gratiæ ingens erat homines modo tarpitudinum omnium demersos cœno, tam repenti ab omni non vitæ solùm & cupiditatum, sed cogitationum, atque imaginum fœditate abhorre, ut post alterum, & tertium mensē confitentes, vix Sacerdoti possent subiicere quod possent absoluerē, quanquam in mercimoniis, & negotiis verterentur, & in promiscua exemplorum impudentium fœditate virtutum autem supra vsum communem edita dedecora, molestum sit legere, quia longum, nec ad legentium saluam satis nouum; paupertatem extremam, sed insontem, & lucra improba calcantem; misericordiæ utrobique animis atque corporibus, impensa subsidia, sollicitis alienæ sollicitum, & strenuum studium; nominatim verò infartium quos erat ex vitæ limine præceptura mors sempiterna, nisi Christi baptismus liberasset, cæteraque eiusdem feruidæ charitatis. Vrbe sibi trifariam diuisa Patres, Neophytorum totidem erudiebant cœtus, ne suspicionum umbras præberent Mandarinis; si ad templum nostrum simul omnes vidissent confluere; quartus nihilominus peculiaris, apud nos cogebatur cœtus, sublimioris disciplinæ, qui nuntantes in fide, à Christianis moribus deuos; morbo, & miseris afflicto indagarent, suaque tum ope, tum Patrum inuarent; vix æquè ad Christianismi admiratione idololatrias perstringebat, vt ille præstantium hominum

hominum ad ægros humilis aditus, cui nihil simile suis in sectis ob-  
 seruarent: ad hæc dabatur opera ut iidem sodales in occasiones sub-  
 itas in promptu tenerent; modum formamque ritè baptizandi, nam  
 magno numero censerent quibus pronius nihil erat quàm Chri-  
 sto credere, & baptismo tingi; sed tenebantur vinculis pessimæ con-  
 suetudinis, & imbecillæ voluntatis quæ mortis vicinæ validiori metu  
 dissoluta exhibebant illos baptismo idoneos. Optassent complures  
 Christi legem integrè persuasi, ethnice viuere, & mori Christianè:  
 opem rebus afflictis nostro in templo implorabant, referebantque  
 prodigiosis subindè curacionibus; nec omittebant postea debitas bene-  
 ficio gratias, sed iubebant filios ad Christi Saluatoris effigiem orare,  
 illamque accensis facibus & odoro suffitu venerari. Discreuit tamen  
 Nanchini hoc anno 1622. seruos suos ab alienis Deus. Grassans enim  
 Boa pestiferis papulis, pænè omnes necauit Ethnicorum infantes, Chri-  
 stiani suos, aquæ lustralis haustu exiguo seruauerunt. Magnam quidem  
 illuc iacturam fecimus, Chiutaisi Ignatij morte, cui profectò debet  
 quamplurimum & Societatis & Christianismi per Sinarum Regnum  
 fundatio. Ciamicij oppido tractus Nanchinensis piè vitam clausit,  
 quam ab Exercitijs S. Ignatij, ex principiis æternis daxerat innocen-  
 tem: multos huic nobis Deus substituit in magnum fidei splendorem.  
 Vnum cuius maiores armorum gloria nobilitauerat pellendis barbaris  
 extra Sinas, octogenario proximum; & tunc etiã suorum dignitate  
 illustrem; huic Vagnonius ex baptismo, Pauli indidit nomen, Deus de  
 Pauli in Christum amore, & præclaro exemplo partem non minimam,  
 alterum Hiu Ioannem, eius aulæ Cancellarium; & Cham Thomam  
 Doctorem, inter admonitores Regis, Magistratum gerentem, olim  
 Riccio carum, & mente Christianum; tunc ita in omnes à Vagnonio  
 versatam partes ut de vxoribus duabus alteram ad suos remitteret, al-  
 teram sibi honestis nuptiis copularet. Auctoritatem Christiana legis  
 huius vici claritas in tantum extulit, ut præter plurimos omnis Ordinis  
 Literatos tractura fuerit tres eius Collegas, omnesque Taolios  
 qui supremus est eius aulæ Senatus, nisi polygamos inolita retinuis-  
 set velania, quidam tamen ex ijs lustrandos baptismo filios dedere; con-  
 uulere nonnulli ad templi fabricam. Christianismo fauerant vniuersi.  
 Hæc dum secundis aguntur statibus inter nobiles Nanchinen-  
 ses; auxit pariter in luce populi, sacrae fidei nomen confidentia stoli-  
 da Ciacumorum, (constat ea secta ex idololatriis) qui aut indignati  
 Deos suos comburi aut verecundati eorum contemptum, ausi sunt cer-  
 tamine publico cum lege Christiana idololatriam committere, serua-  
 tum huc vsque ab aduenis ad vitandos tumultus silentium, interpreta-  
 ti dissidentiam, & timiditatem; nunc sua prouocatione, ius defensionis  
 cum nobis imponerent. Fuit pleno utrimque æmularum auditorio  
 disputandum. Producere illi Theologam suorum turbam: nostri fra-  
 trem nostram Sinensem solum, sed pridem exercitum ad fallacias co-

9.  
 Infantes  
 aqua lustr.  
 sanant.

10.  
 Chiutaisi  
 Ign. mors  
 pia.

11.  
 Frater ex  
 nostris The-  
 ologos idol.  
 expugnat.

rum, absurdi, & pugnantiae conuincendas. Hic primis petitionibus, doctrinae illorum singula tentare firmamenta, quae seorsim vltro facti sua cogebatur; coniuncta nequibant concedere, quod ea inter se pugnarent; dissimulare illi angustias, quibus premi se illicō sentire, vociferari audacius quod peius arctabantur; demum alius alium intereipere dicentem, loqui omnes velle, nemo quid vellet satis scire, secum ipsi pugnare, mutuisque se inuicem salibus, & conuitiis mordere, frater ex aduersario spectator, tacitus, & silens, eorum discordia vincere, & quaecumque illi vicissim inter se arguerent, & damnarent iis in Christianismi laudem & triumphum frui. Spreti ergo à suis, & dum deuoti abiere, cautique in posterum dormientibus canibus barbam conuellere, nec iustos quietem tenere Christianos, timiditatis accusare. Sed his huius aui annis duobus vndecimo, & duodecimo, Nanchinum maius nihil protulit quam apertos Euangelio aditus in Prouinciam Cechianam, à Pechinensi, & Nanchinensi, Regni primariam, & ipsam quondam sub Sungæ Regibus regni caput; aliquantō tunc minorem dignitate; cœtera propemodum æquale, viris, vrbibus, naturæ beneficiis, artibus, opulentiâ illustrem, quam orize, ac ferici tūm crudi, tūm facti, quæ Regi pendit millionibus innumerata xata pondera testantur. Iaponiæ ad ortum obiacet; in eam horis viginti quatuor, si ventus adspiret traicit. Hanc eum habet metropolim, Marci Pauli, vt ferunt Quinsaium; vtrumque res sit; Hanc eum Sinæ, terræ dicunt paradisum, atque vt cœlum Deos suos sic Hanc eum ciues, suos beare: in plana distenditur delitiis omnibus pinguis; Cratamo anni leuca integra lato ad austrum alluitur; ad occasum lacu aquas suas in vallem deponente cinctam amenissimis collibus; latius ambitus miliarium quadraginta, palatiis, templis, sepulchris, horis, cœnobiis, musæis coronatur, contineturque firmo e selectis lapidibus aggere, qui viam circum euntibus siccam præstat & commodam; vrbis amplitudo, fortè Nanchino inferior, verum suburbia si addas incredibile dictu, visu tamen testatum, miliaria centum amplectitur; multas, præter usum, Sinis omnibus communem ædes tollit in altissimam contignationem, riuus ex lacu, & flumine in urbem deducti euntque suburbana, millibus aliquot pontium iunguntur. Aedificiis splendet, numero, & magnitudine operum superbis, tūm profanis, tūm sacris, adeoque etiam Saracenorum fanis. Frequentatur, Maio, & Martio peregrinantium ad idola concursu; qui dies exigunt ad genua Deorum noctes, in expilandis ciuium domibus, turres illic videntur quatuor, quales alias retuli, nouem Ordine contignationum in alium e ductas; arcus item illi quos diximus ex elaborato marmore trecentis, & peritæ architectonices iustis ex regulis constructi. Urbis medium mons factitiū tenet, ex quo eminet templum ingens, custodi vrbis Spiritui, Cimo Hoamo sacrum; templo inferior, columnis innumerasibus ligneis incumbens turris horologium sustinet, Saraceni vt ferunt præsentem

11.  
Cechianæ  
Prouin. &  
Quancei  
opes, & mul-  
titudine.

priscum opus, dum penes familiam Iuenam Regnum esset. Constat hanc machinam multa vasa, quæ aquam filatim acceptam, singula in sibi proxima transmittunt, donec supremo & capacissimo totam reddiderint, exat huius ex umbilico stylus horis notatus duodecim, quas aqua paulatim ascendens contactu indicat; turris custos vrbi significat Arithmetico caractere vasto, numerum horæ pro tabula in prospectum exponens. Orizæ saccos quotidie, decies mille dicuntur absumi, & est saccus centum hominum demensum; horum autem quotannis miliones duos, dena & quingenta millia Regi pendunt; crudi pondus serici librarum ter mille millium sexcentarum; texti laboratque bis mille solidos, & quingentos pannos, neque propterea sic exhauriuntur, quin vestis serica sit iis decuplo vilior, quam nobis lancea: ibat tertius iam annus cum Nanchino, dierum nouem itinere, in hanc urbem Prouinciæ Principem, expetebantur Patres à grauissimis Mandarinis; & impetrati denique sunt hoc anno vndecimo, ex Longobardo illic transeunte, missique P. Cattaneus cum recens adueto ex Europa Trigaultio, & F. Sebastiano Mendezio Sinesi, optimo Catechista. Maio ineunte vix naui exscenderant, cum in eos aspectum designt adolescens, quasi ad se magnoperè pertinerent, subsistens primum, dein quo attentius illos considerat lætior, tandem salutat reuerenter & nisi, ait, me fallit animus, mea causa Deus in has oras vos egit, ac me primum occursum hoc vestro optatissimo beavit, ex vultu, & habitu, Literatos vos puto magni Occidentis, quod cum eorum vnus annuisset, ergo, inquit, me habete discipulum, & Christianum facitote, vno enim ad hoc vestrarum manuum ministerio egeo, legis vestræ arcana, vestris dudum libris apprimè doctus, & idolis exutus ne residuo quidem domi eorum cinere: fletu & gratiis ad Deum salutarent Patres omen optimæ ex solo benè colendo messis, quod adhuc incultum, per se iam edebat Christianos: nec enim is tantum iuuenis prætolabatur eorum aduentum. Multos Riccij librorum assidua lectio, & virtus, præter egregia honestissimi Christiani monita, iisdem desideriis inflammarant; quibus paulò ante incitandis prodigium quoque præcesserat, Christiano enim Pechini baptizato Hanceum reducti, filiolus grauius ægrotauit: mater in idolis & ex idolis tota, exhaustis Medicis accersit ex multis maleficiorum scientissimos venditores; subodoratus sacrilegium maritus, domo exturbat fraudulentos, furentem nequicquam coniuge periculo filij, & idolorum fiducia; exclamantemque aduersus patricidam, & legem remedia vetantem, quæ sola possent filium sanare: quamobrem viro foris in alia distento, sublatam nter brachia filiolum, delubro proximo importat, sparsisque in auras ad facietatem coram idolo votis & lacrimis, suis eadem brachiis domum refert, quem sibi sinxerat pedibus rediturum, virum non latuit fabula, vxore acriter obiurgata, fide ardens, delubrum idem petit, infortunium idolis ferens, delecta suis altaribus, confrin-

13.  
Præuenientis gratiæ documentum.

git, proculcat, dissipat, ius vitæ ac necis vni proprium Deo, sacrilega dæmonis vsurpatione violatum vindicat, magno statim iæ egræ præmio, domum enim regressus valentem cernit filiolum, aduenientem illi matrem, nec sui satis, nec attoniti gaudij capacem: hinc multorum curata insipientia; caleari sperniq̃ vitulus quam adorari Deos in puero experti; potentiorem iis viuere spiritum statuerunt; & hunc esse Christianorum Deum qui à Diis offensa iæius, illorum exterminatorem beneficio præsentis munerasset. Hancei Patres Doctor Leo, suo palatio collegit, illuc ad parentis reuersus exequias, quem Cathecumenum obisse vidimus: ornato cubiculo, arâq̃e composita, operati sunt primum sacris, die B. Michaëlis auspiciatissimo, quem tantæ patronum Expeditionis idcirco legerunt, quod minor tanto Archangelo vindex non esset optandus, ad legiones dæmonum extirpandas quibus si alia vsquam inter Sinas, ciuitas illa miserè seruiebat, suum & ipse Doctor Leo post vnum & viginti dies sacrificium obtulit; ad hoc, festum edixit augustissimæ Trinitatis; accumulati iussu in palatij aream omnia simulachra, quibus eatenus mater, comar, familia reliqua, (omnes tunc ad Christianismum prompti, & alacri cultum detulerant; facem rogo ferali, non auersus, sed indignans, & gestiens subiecit ipsemet, nec passus est aceruum cineris ex eo residuum, amoueri; gaudens illo facti aded insolentis nobili monumento causam illius intelligi, nimirum quod esset Christianus; & deos apud se haberet veri Dei legisq̃e ipsius sanctissimæ Doctores, quam autem prolixè id assecutus sit vt constet, aduertendum est inter Sinarum deliria hoc esse non pessimum, quod putent Deos humana specie, deuotas sibi Prouincias visere, lustrare vrbes, amicioribus nominalis se prodere, agris, egentibus, stupidis, sterilibus, omnibus, facultatem, diuitias, subtile ingenium, fecunditatem, beneficia varia conferre, vtq̃e præ cunctis opinor gentibus, præstigiatoribus abundant Sinæ, nihil facilius quàm vt aliqui eorum, Deos eiusmodi assimilauerint, & suis præstigijs fidem huic fabulæ fecerint. Vndecumque id somnium fluxerit; ingressu nostrorum in palatium Leonis, breui rumor clarus vulgavit in populum, duos humana specie maiores, ad Lincitanum Mandarinum (erat is Doctor Leo) diuertisse, totam præinde ipsius familiam insuetis latitijs gestire; omnino illos ex Diis esse humano cultu peregrinantibus: hoc plebis credulæ anile commentum dum ridet Patres; en tibi Leo epistolam iis legit, quæ ex vrbi Prefectis quatuor-viris vnus rogabat vehementer, ne se vellent celatum de Diis hospitibus quos domo exceperat, dehinc, essentne libentes visentem excepturi? & quos visenti ritus præscriberent. Misereri Patres & simul indignari cupiditatem hominis alioqui cordati, nec simplicis, quem spes aliqua boni grandis tam facile cerebro mouisset; respondit Leo, quos vocabat Deos homines esse reliquis similes, aliorum diu Nanchini versatum, alterum recentem, vtrumque non celo

13.  
Insign. fides  
Doctois.

sed alio ex orbe; posse liberè adiri, & quibus solent graues Literati  
 ecclesiam salutari; at ipse maiores addidit præmissò libello professus  
 eorum discipulum; verum enim verò ex longo de diuinis & æternis  
 inter se & Cataneum sermone, præter oblectamentum ingenij, steri-  
 le nihil secum retulit. Bimestri fuerant apud Leonem Patres, & fu-  
 turo spebus ex præterito erectis, domum quam incolerent quærebant  
 quæ polleret etiam populo parere, cui Mandarinorum palatia nisi vo-  
 cato non licet ingredi; commeatum ad hæc in mentes quatuor Nan-  
 chino allatum, nunquam fuit Leo ab iis attingi; eius verò sumpti-  
 bus tamdiu ali, videbatur non parùm existimationi officere quæ iacta-  
 bat ubique Christianæ legis doctrinam, & professionem à nobis deferri  
 gratuito, nec vilis stipendij, honorum, aut munerum pretiis con-  
 stare.

Erat in iis qui ad nos crebrius adibant, ex profapia iam, Mandari-  
 nus, Leone superior, Prouinciarum olim iure regio inspector, &  
 Præles examinum ad promouendos Literatos, quod munus ab Rege  
 non creditur nisi lectissimis inter milia Doctorum, & sapientium plu-  
 rima; tunc parenti vtrique decrepitis vitam domi longè ab ambitu, &  
 negotiis ducebat, pietate illa venerabilior, quàm honoribus gerendis.  
 Porro quod idolis adhæsisset, tum communi errore, tum eius priua-  
 to factum erat, cum tutius crederet Deos sequi, & remotius ab im-  
 pietate, quàm cum Literatis post cæcas de Deo disputationes, inuen-  
 tionem illius desperare, indagacionem negligere: totus autem erat in  
 cultu virtutum ex quibus Sinæ sanctimoniam metiuntur, potissimum  
 verò propensæ in publicum beneficentiæ, inter alia famulum alebat  
 suo sumptu, qui suum in fano remedium quoddam absque pretio  
 ægrotis diuideret, sed iussis prius adorato idolo supplicare, vt vim in-  
 deret medicina, quàm illa per se non habebat; hoc ergo ingenio ad  
 patendum Deo si eum agnosceret docili, & perspicaci ad eum si quis  
 ostenderet agnoscendum, primo de diuinis Cattanei congressu dele-  
 ctatus est vehementer; deinceps regustaturus eadem crebrius, fuit apud  
 eum assiduus; tum ne inuento solus thesauro fruatur, ciues suos  
 omnes, in illius partem adsciscere studuit, die igitur quodam è re-  
 nata interrogauit Cattaneum, cequid ea ciuitas digna videretur in qua  
 consisteret, omnia cura sedis alibi statuenda? ab ea si quam longissimè  
 abesset, futurum profectò eius voti optatissimum motum Hancei vi-  
 uere, quando itineribus tam longinquis id vnum egisset, vt Dei cui  
 seruebat, notam mortalibus gloriam faceret. Habiturum Hancei au-  
 ditorem confertum, & facilem, & religiosæ mentis sed in fonti errore  
 abrepto in idola ductorum suorum cæcitate, vt quid ergo Hanceo abi-  
 ret, & frustra meditatetur alios populos in quibus vtilius operam lo-  
 carè? verbis inde omissis; factò agi res cæpit, restatus Cataneus ni-  
 hil sibi optatius Hanceo, de legenda illis habitatione idonea mouit;  
 eum interim Mandarinus in secessu suo suburbano non segnem habuit

14.  
 Mand. supre-  
 mi conuer-  
 sio.

in diuinis Magistratum atque ut erat ipse pro sublimitate ingenij, subtilis & solers discipulus, non primo, nec breui, nec perpetuæ dictionis conatu expugnandus quâ ferè vtuntur Literari, sed impressione ad difficultatem quamlibet singulari, & quidem tam pertinaciter, ut interdum ad mediam noctem produceretur pugna. Tria illum præceteris nequibat concoquere; vnum quod homines, sua quondam virtute insignes, & beneficiis in populos magnis, honore omni cassos, inuoluerimus eadem quâ sceleratissimos poenâ, iidemque inferis, quod ea ignorassent quâ scire nunquam potuerant, alterum de restituendis in vitam mortuis, quod putabat nec posse à Deo fieri; neque sat nobis conducere, sed inhorrescebat ad tertium velut sacrilegum Deoque indignum; Deum videlicet hominem fieri extremâque omnia tam parè, tum perpeti; & mirabatur Cattaneum tanta sapientia, & doctrina virum, ad eò cæcutire ut non videret hoc pronuntiato auferri à Deo quicquid boni haberet; quicquid mali esset in eum conici, & qui sem ad cætera flexilis, expugnari se à Cattaneo non agrè fatebatur: in corporati verbi mysterio tanquam in scopulo hærebat pendens, quod diuinitati probrosum id crederet: arridere hic homini Pater, grauius quidem in religionem, sed religioso animo erranti; exorsusque ab homine condito, & felicitate immortalis ad quam erat à Deo conditus, lapsum eius docere ex beato illo & æterno gradu in æternam mortem, eius redimendi nullum in homine ius, aut præsidium fuisse, hinc necessitatem redemptoris Dei & hominis, qui Dei & hominis filius, offenso Deo satisfactionem exhiberet diuinam, vnaque remedium præberet, & exemplum; ad hæc illas eius viuientis ærumnas, & mortuæ dolores contumeliosos, pensata ingentibus præmiis resurgenti, aliisque huc pertinentia luculenter edisserere quorum nouo perstrictus fulgore stupensque Mandarinus, hoc verò exclamat longè aliud est, quam ex nihilo omnia creare, & nutu solo mundum construere. Restabat ut mente Christianus, vita etiam talis esset; à cuius limine mox pedem retulit, cum admonitus est de abdicanda vxorum altera; quod censeret naturæ instinctui, & nobilitati contrarium, remittere vxoriam nuntium innocenti & benè meritæ, & cui filium deberet, quo Sinarum Primores fortunatiùs nihil ducunt. Suspiciatus itaque hoc esse, non tam faciendo Christiano necessarium præceptum quàm perficiendo consilium, rogabat Cattaneum paulò lentius festinaret, nec se die eodem vnaque opera Christianum esse iuberet & sanctum, nec valens ab se impetrare ut acquiesceret indigentem, nullam posse vsquam immunitatem dari ab hac lege, Doctorem Leonem consuluit, quem norat olim difficultate simili perplexum: cui paucis Leo Christi legem, sanctam esse pariter ut veram; Regi si fiat Christianus, nihil posse licentius quam regni postremo concedi, legem enim hanc Dei esse qui commune sanclumque imperium in omnes mortales, communi æquitatis & sanctimoniam exerceret iure; cuius responsi seueritas quæ videbatur

hominem

hominem auerfura, illum ardentius ad baptismum incendit, suauitate Spiritus increati, potenter sibi eius animum mancipante; uxorem alteram ad suos in perpetuum à se allegauit; condito die, tota conspicuus dignitatis suæ magnificentia processit ad sacratum fontem; ritè à Cataneo tinctus, à Leone susceptus, Michaël nominatus, vitam deinceps eximias quæ inferius recurrent, in Christum meritis, exemplis in homines, sancto exitu clausit tunc in palatium reuersus, pannos Cataneum sericos, & argenteos dono misit; quibus modestè ac religiosè remissis Cataneus, adiecit aliquot precatórias coronas, & factas imagines, quarum illam quæ fuit S. Michaëlis, curauit Mandarinus exquisitè ornatam loco palatij perhonorifico in ara statui, accensis coram lampadibus, profusâque odorum copia; textit autem coloris eramoelini serico damasceno à Rege accepto, quod nauatæ Regi fidelis operæ monumentum solet in familiis perpetuum seruari: quam verò morbis charitas ethnica consueuerat antea suppeditari medicinam, continuari eodem in templo iussit, sed eiectis inde pro potestate contractisque idolis, erexit pro illis Saluatoris præclaram effigiem, hoc lemmate inscriptam [ hæc est imago filij Dei, qui potest solus animis salutem & corporibus conferre, ab illo petat qui ea indiget. ] Post, negotium aggressus quo nihil habebat antiquius, ac difficilius, parentes in vitium senium prouectos, idolis à puero pertinacissimè obstrictos, Christo asseruit, aliosque tam multos, verbis factisque ad Deum conuertit, vt iam meditaretur idoneam arcam ædi sacræ exædificandæ: ex iis interim triginta Cataneus baptizauit. Nec vltius Hancei hoc anno itum, 1611. & victus pauperrimi incommoditatibus afflictâ grauissimis nostrorum valetudo, auræque insaluberrimæ vitio; Nanchinum fuit vrgenti periculo subducenda; quàm dùm admodum lentè reficiunt, nec intereà Macao subsidij quicquam accipiunt, aut sperant ab Indiis, ob classem Batavorum, & Lusitanis nauibus iminentem; frequentabantur intereà literis nobilium hospitem Michaëlis, & Leonis, exigebatur ab iis promissi reditus fides beneuola, precibus, argumentis, desiderijs multorum vrgebantur qui esse optarent Christiani. Rogabat præsertim Michaël ne reuersioni causarentur obstatè paupertatem, si viaticum, de suo, & domus, locarium offerre, victum quoque quo ipsi tam tenui utebantur ab se dignarentur, si aliter nollent, paupertatis saltem nomine sumere, viderent etiam atque etiam tam longas ad reditum moras, an possent iure tot hominum à quibus optabantur salutem præponere: his tamen hoc vnum euidem ex Patribus vt Longobardum Pechini consulere, an esset aliquid de illa tunc temporis remittentem subsistentiâ inexorabili ne oboli quidem à Sinis admittendi, & rescripsit prudenter longobardus in sententiam Michaëlis, videri remittendum, idque rei præsentis necessitatem exigere; simul P. Felicianum de Sylaa misit Cataneo socium & pro Fernandio, ex aura pestilenti nunquam restituto F. Franciscum de Lagea

Lagea Sinensem. Celebrato Nanchini Pascha soluerunt Hancem anno 1612. sexto die Sciamhajum appulsi excepti sunt incredibili gratulatione a veteribus Catanei alumnis, quem pari ab se dolore amiserunt, exactis illic opimo prouentu duabus tantum hebdomadis, mestum item miserique affectum, quod paratissimis ad diuina, optulari diutius non valeret; promisit quod vnum licebat, quam possit sepiissime per eos transiturum, confecto itinere Hancei Michael incomparabili sua voluptate, in ædes induxit, nostris ministris opportunas, & plebeis iuxta, vti nobilibus apertas; in iis aula in sacellum ornata, rem sacram facere, docere Christiana, baptismum celebrare, quod primum lustrati octodecim; & centum paulò post; paruus ex innumerabili numerus, quos inuitabilis veri fulgor à Deorum cultu auerterat penitus, feceratque baptismi cupidos, sed pessima consuetudinis amor inolitus ab eo arcebat. Abibant repulsa illa tristes; quidam celsitate sanctimonie Christiane ad quam eniti recusabant; seueritate alij quam non licebat ad cupiditates eorum abiicere, omnia Christianis quo fruebantur bonum cum admiratione inuidebant; vitiis & moribus idololatrie, affectu Christiani. Singularis Dei eluxit bonitas in illuminanda cæcitate cuiusdam atmorum Mandarinum ceterorumque probi ut est probitas militaris, sed obstinatissime idololatrie; haud quidem ex praua, ut multi consimiles tenacitate viuendi licentibus; sed metu insuperabili errandi, suoque errore pereundi, si Theologia patriis, & quos toto regno adorabiles prædicabant abiectis numinibus, suo ignari hominis iudicio adorandum sibi staueret, peregrinum, Diis omnibus inimicum, sectæ suæ Magistris exosum, stetit in hac erroris pertinacia religiosa obfirmatus contra impressiones varias Christiani pariter Mandarinum, quibus iam non modo irritis sed & impotuntis; pepigit futurum ut esse molestus desineret, nec apud illum in posterum de secta mutanda hisceret, si vel vnum & quidem perleuet eo impetrasset; nempe vero Deo dumtaxat semel supplicaret, ut si vel propria ignoracione, vel fraude aliena exerrabat; in viam reduceret. Placet ethnico pactum, promittit, domi rectum conscendit, aram aperto sub cælo statuit, & adornat. Schedas aræ duas æquali reuerentia imponit, alteram Tienciu (qui cæli est Dominus, & Christianorum Deus) Martis, sui idoli alteram nomine inscribit; adiectisque circum luminibus, largaque odoribus acerra; ante illa prouoluit nomina, fronte sapius humum verrens, inde arrectus in genua; intemèque affectus, vter, inquit vestrum sit verus quem quero Deus, demissè precantem respiciat, seque ita mihi aperiat ut hinc à religione anxia & dubia liberet; illinc à falsa superstitione, nam quid aliud possum homo miles; & illiteratus nisi ut verum inuestigem quem profitear Deum, & cuius præceptis obsequar? mei vteruis est, miserum curam gerat; meque hac inextricabili ambage quâ implicor agnitione sui manifesta dignetur euoluere; pergentem abruptè haudquaquam imaginaria

11.  
Conuersio  
prodig. Ducis.

imaginary species, videt re ipsa schedam veri Dei inscriptam nomine, ab altari, in sinum suum deolare, immotâ alterâ; eandem licet non sine horrore, suo ut fuerat reponit loco, sed ea secundum, & tertium, ibidem reposita ei se in sinum restituit, quâ tam euentis prodigij beneficentiâ, votis suis & gaudio impar, procurrit ad suum tanto hæctenus cultu propugnatum Martem, cõque frustatim contrito inter festos adplausus fidelium sacris fontibus expiatur, & beatæ sorti congruâ nomenclatione Felix appellatur.

Quantæ portò nostris voluptati fuit, sedes Hancei stabilita feracissimo conuertendarum animarum solo, tantum prope mæroris attulit, Sciaocensis eodem hoc tempore euulsa stirpis, haud certè iacturâ per se magnopere dolendâ cum multis iam mensibus Ferreira, & Dias Christianum gregem ne vno quidem auxissent capite, vsque adeò illie inualuerat rumor à Quanceensibus Mandarinis, idem esse fieri Christianum, & Regni hostibus fœderatum, ex quo etiam duorum, & viginti annorum operosâ culturâ collecti Christiani, nisi rarè se nobis, & tacite in conspectum non dabant. Sed erat hæc sedes rei Christianæ tam necessario vsui, ut vix nisi per illam sperandus esset in regnum aditus, prima enim Regno excludit naues quæ ad commercia Quancei admittuntur: eius euertendæ causas omnes vnâ complectitur vicinia Macai, & quod vitari non poterat cum Lusitanis commercium. Sic ergo res habuit, triennium fluxerat ex quo Longobardus Macaum miserat, de negotiis quibusdam stationis luæ Sciaocensis, & de mittendis ad se, si quæ ab Europa vel India venissent literis, interceptur in reditu nuntius cum fasciculo literarum; à scrutatoribus rectorum, percurtantibus continuò fluuium, Sciaocensi Præfecto sistitur; præcipitato examine, in mancipium perpetuum Regi additur; Longobardus exilio damnatur, vterque non alio reus, nisi alicuius cum Lusitanis commercij. Deerat sententiæ mandatum exequendi, cum ad funus maternum repente lex Præfectum euocauit, pendit intereà Longobardi causa, tabellarius clausus est carcere; literæ ab interpretibus compertæ præter domestica nihil habere, tamen quod Macao venient in omnem euentum asseruantur in tabulario capitalium causarum, nec itum vterius à mense Iunio anni 1611. quo F. Antonio Leitano patria Sinensi concessum est, ut sepulchro nostrorum proxime condendus Macaum portaretur semijam mortuus, ex vomitu sanguinis, & diuturna phthisi. Et verò Quanceo transiens, in oneraria in qua ei locura dederant Lusitani, biduo post quam eò appulerat obiit; iuuenis sui odio flagrans, demissione religiosâ valdè amabilis, & postrema illa in ægritudine cruciabili, & longa, patientissimi doloris, dum vitibus sexaginta igni applicito, aperiretur totum corpus in totidem vulnera ad extrahendos vitalibus humoribus mortiferos, ex stylo Sinensium Medicorum; quæ tormenti acerbitas vultus eius serenum minime turbauit; quin & mortuo accessit oris color quo viuens care-

T t

16.  
Sciaocensis  
Resid. de-  
struitur.

17.  
Patientia  
eximia Ft.  
nostr.

bat. Viæ comes, & valetudinis curator F. Dominicus Mendezius post eius obitum curam omnem adiecit ad tabellarium in carcere iuandum, dumque illi ad victum pecunias, ad salutem animi pia consilia suggerit, die quodam repente (seu dæmon, seu desperatio id fuit) fratrem barbarè inuadit, humique affligit vociferans; eecum, ferendas mihi literas hic dedit, huius causâ in isto carcere triennium marceo, gulamque obstringens præfocabat, nisi socij captiui furem amouissent; accurrit & custos carceris tumultu excitus, & iniectâ vtrumque carinâ silit Aitao, classis & externorum Cognitori, qui nullo insomni, & rei discrimine, plagas causâ inauditâ, singulis quindecim tam crudeles infligit, vt ex iis Mendezius diu iacuerit, incrudescente in longum malo per auaram chirurgi barbariem, qui receitls circum iudici carnibus, ne suputresceret iis sanguis, tamdiu malo peius trahebat remedium, quoad aliquid acciperet, Dominico, carcerem subeunti, cum detractâ fuissent ipsæ, aptius de more cessuræ, nihilque penitus relictum longo cruciatu chirurgo luit quod ære non poterat; fuit tamen leuis præ aliis quos octimeltri carcere passus est! reis præpositus honoriferus, & Mahumeranus, Christianum rescissens, & societatis religiosum, agrè se tenuit quin iteratis verberibus subderet; commendauit illum tanquam nouum tironem, tribus è reorum numero pessimis (vt illic fieri vltus est) qui omni verborum, & calcium, punitionum, verberum, & contumeliæ genere patientissimum iuuenem vexabant assidue; pedes præterterâ, & caput nudum; & vestis semitectum lacini, nuda in humo quietis aliquid attrito, si posset, corpori captabat, oriza id tantulum quod ad mortem arcendam dabatur, per se ipse, licet plagis contusus, & lacer, ad ignem aqua macerabat: quibus nihilominus id assecutus est, vt tanto raræ patientiæ ostento suos quoque illos carnifices, virtutis suæ haberet laudatores, cum vidissent ardentem indole iuuenem, virtute mitissimum, neque iniuriis, nec doloribus commoueri, post breuem somnum consurgere, flexisque humi vinctuauerat orare genibus ad multam diem quâ vexationes in illum solitas reperebant. Dedit Macaum ad nostros & aliâ literas, igni ardentis generoso, quarum apographa nostros in Philippinis, & India, mire affecerunt: aiebat hoc vnum se dolere, quod ij propter se dolerent; rogabat pro se ne essent solliciti. Experiisse carcerem, verbera carenis, & poposcisse à Deo sapius, nunc se voti nimirum diuturni compotem gaudere, gauderent ipsi secum, perque illam quâ se dignabantur beneuolentiam, nihil mouerent ad sui liberationem. Explicabat denique gloriam perspicuè animi sui interiores minutias, dubia proponebat, quærebat nonnullos quos Christo pepererat, an posset illic baptismo tingere, & cum diu noctuque rotus in vsu virtutum heroico, & cum Deo esset, exposculabat ipse de se, rogabatque ex carcere si fortè existet in tirocinium remitti, ad reparandum animi vigorem illic miserè syluescentis ] de se quidem hæc ille; sed hunc, & alios fratres nostros

Sinenfes

Sinenfes Longobardus anno proximè sequenti, Aquauigæ Præposito laudauit, accuratissimos in religiosa obseruatione, & in aduersis egregiè fortes: erant ij à puero Christiani, natiq; Macai, & educati sub Patrum disciplina, nec tamen priùs adscribebantur nostris, quàm decem annis aut pluribus suam nobis probassent constantiam. Cognito Sciaocei, F. Dominici carcere, tentata in cassum omnia vt. eximeretur, adeò suspectum habebatur clandestini cum externis commercij; scripisse Macaum, nemo vt Pechini ex potentissimis inter Mandarinos etiam Christianos, nostrorum amicis interponere auderet aliquam facti eius excusationem: terrebat omnes, Colai funesta, & recens calamitas, ob hoc in ordinem redacti, quin & ægrè ferro subducti carnificis, quod Regem Corai, Sinensis clientem, docuisset per literas de componenda cum suis pace, nec satis tranquillo animo ferebant, à nobis Macao, & homines, & vitæ accersi commeatus, & mandatis inde nostrorum regi, qui Prouinciæ præerant: quæ cum esse occulta non possent, capitales nobis creabant accusationes, à Cantonensibus præsertim Mandarinis, eam ob rem fuisset, iudicio Riccij, tolerabilis, opinari Sinas, viui argenti congelandi arcanâ nos arte viuere, ædificare & domos emere, quàm Macaensi subsidio annuo, quo Lusitani crederentur nostros pro suis exploratoribus in regno alere.

Mensem iam octauum in duro carcere agebat Dominicus, cum vnus de quatuor ciuitatis Rectoribus causam eius absoluit: leniuit Præfecti sententiam qui postro munere parentaturus defunctæ matri pendentem omiserat, tabellarij seruitutem perpetuam bienni mutauit, ex qua licet indignus, nostrorum beneficio est exemptus; Longobardo indultum vbiuis habitare, præterquam in Prouincia Cantonensi. F. Dominicus ex Cechianensi oriundus in eam remissus est, quam longissimè Macao victurus, inde probatam à tribunalibus quatuor supremis sententiam, protex etiam cum probasset, nullam cuius reliquit ab ea prouocationem: & nominabatur solus in ea Longobardus qui pridem Pechinum concesserat; Ferreira, & Diaz de quibus silebatur, priuatis tamen ad Sciaocei Præfectum literis, iussi sunt exire, illamque Prouinciã inquieto metu, & perpetuis suspitionibus libare; nec iuuat tritum & viginti annorum fides, & probitas cuius testes pro nobis se dabant omnium Ordinum Mandarinum Præfecto apud illos superioris mandati necessitatem excusante; nec Ferreira volens pro se & sociis satisfacere Præfecto, obfirmato scilicet nihil remittere, nisi ex quo sibi compendij aliquid rediret. Nuntiata Sciaocei sententia, facinorosum Hostorum in quo nostri debebant suburbium, insanis impleuit lætitiis, veritique cum Bonziis nostræ domui vicinis, ne quid de iure sententiæ laxaret Præfectus confirmare illum machinis omnibus contendunt: prodit ex Quanhiaï eorum templo seditiosus tympanista qui peluis decumanæ pullu incondito, & magnis clamoribus vicina cogit;

in templum accurrerent quibus honor Deorum, & suburbij cura cor-  
 di esset, rem agi consilio dignam, & utroque spectantem stiparet  
 populo templum, denuntiatur Quanceo allata, exilij in nostros sen-  
 tentia, omnis illa turbæ ethnicae & Bonziorum fex, ebriis gaudio  
 vocibus sibi gratulatur, tamdiu expetitur, tot contentionibus verifi-  
 tum negotium; & cum minus speratur confectum; proclamatur, abi-  
 rent in rem malam extranei daemones; nisi vltro abirent pelicerentur;  
 aut domi comburerentur viui, si Mandarinis intercedentibus Præ-  
 ctus parceret executioni. Remiserat populi primus furor cum adlonge  
 suburbij seniores, meditato inter se consilio seligunt oratorem quise  
 coram & suo nomine posceret à Præfecto, sententiam in opus con-  
 ferri. Post die fixis per urbem programmatis inuitantur, quibus bo-  
 ni communis inesset amor, die quinto adessent (erat is Aprilis secun-  
 dus) pro tribunali Cifu hoc est Præfecti, vrbis ad vrgendam exco-  
 lata sententiæ de eiiciendis aduenis executionem, & securitatem vrbis  
 Sciaocei, atque imperij, lapidatione interea, famosis folijs, con-  
 temelia, & minis incendiij scruitum in Patres, vt eiectionem fuga præ-  
 uerterent, & latrocinio imminente domum; vitam furori hostium  
 obiectam permitterent, Stato die in vnum coeunt Bonzij expeditioni  
 huius signiferi; Siuzaiorum effrænis iuuentus, seniores suburbij, ab-  
 que numero populus, & quod illic mirum, actores cum essent, om-  
 nes tamen reorum habitu, quo illa doloris mœstissima specie Præ-  
 ctum sibi facerent proniorem, at is in ea Præfectura recens, & pu-  
 filli cordis, multitudine conturbatus, neminem admittit præter Or-  
 ratorem natura, pecunia & arte ad mentiendum, & fallendum fabri-  
 rimè excusum, qui fanda, nefanda in Patres, in Macaam, in Luira-  
 nos debacchatus, conclusit Præfectum compellans; tamen quæcum-  
 que dixerat quantumuis grauissima, nullius ponderis apud eum fo-  
 rent, videret etiam atque etiam per Deum, an fas esset ob duos ad-  
 uenas urbem miseris, tumultu Prouinciam, regnum perpetuis suspi-  
 cionibus, metuque agitari; Sciaoceum, & Quanceum, vrbes, om-  
 nemque Prouinciam Cantonensem tendere supplices ad eum manus,  
 tanquam liberatorem, & parentem. Subiecta his humili proclinatione  
 libellum porrexit quo Patrum exilium flagitabant. Præfectus cuius  
 priuatim intererat nos abire, libenter audiuit perorantem, nisi  
 quod sanctè affirmavit innocentia nostrorum se habere tot testes quos  
 erant in vrbe Mandarin, nec fuisse illos vnquam ad tribunalia delat-  
 atos, quin pronuntiatetur aduersus deferentes; sed Macaensibus, & Ex-  
 ternis tanto nexu obstrictos, & Regno tam periculosos, tolerari non  
 posse; proinde agerent ipsimet, vterentur iure sententiæ, illosque  
 eiicerent: qua inconsultissima potestate, quid erat aliud quàm eorum  
 vitam carnificum manibus, efferati nimirum populi prodere? quare  
 mox penitens reuocat Oratorem, præcoci tumentem victoria; vetat  
 quicquam moueri, adfuturum se quamprimùm, & exilium Patribus  
 indicturum.

indicturum. Expectabant illic non exiguo numero Christiani, quos res esset itura: ex iis Leo nomine, natu grandis, solus in toto suburbio Christianus, & aduersus irata in patres odia durando fortis, praecurrit domum, tristes euentus praenuncius quem iuguitu, & fletu, palmisque faciem verberans quam ore verbiue expressius nariabat, post hunc alij accurrunt maesti, seipsum cum luctu, & lachrimis inculant, indignos se Patrum conuetudine fuisse; se suis peccatis armasse accusatores impiis viribus quibus eiectionem Patrum extorsissent. Adest postredie domus Praefectus cum Bonziis, senioribus, & suburbana omni collaue. Solus ipse cum paucis exclusa turba, in aula consistit, nec sine Patres coram apparere, ut quos nollet praereuerentia reorum cultu calamitoso, & humili, trementesque de genibus, damnationis suae sententiam audire; accito igitur in eorum vicem F. Dominico Mendez; iubet ab se per illum Patribus indici discessum pararent, & quo mallent cumque Sciaoceo abirent, testem sibi Deum quantum aere dolenterque id ferret, quorum obseruaret, & diligeret merita, sed cogi Proregis, & tribunalium mandatis ad hoc imperandum, illosque similiter ad parendum; nec illis debere videri grauius quod vrbis iniuriosissimam vitare oculos, & capitalia odia iuberentur; quocumque secederent, haud paulo melius iis fore. Prudentis esse consilij amonere illine suspiciones obstinatissimas, & quam longissimo a Macaensibus recessu, grandius aliquod infortunium praecauere. His praeterquam opinio fuerat placide, & humaniter dictis aedes obit visendi gratia; sacrum altare cum suppellectili & ornatu miratur; nauim Patribus defert ad eas in tutum euehenda; & amplissimum diploma, quo forent a rapacissimis redemptorum vnguibus immunes. De indiciis paucorum dierum ad vendendam domum quod F. Dominicus interpellauerat, nec statim negauit, nec annuit; sed presso tantisper animo domus possidenda, Mandarino cuidam, decernendum permisit, quae condita cum illo sententia pronuntiauit fabricam soli esse, in quo fuerat constructa; solum & ciuitatis esse, & Patrum discessu ad eam redire; emeretur nihilominus, & Patres nummis quinquaginta, iuridice illam ementi addicerent, nec potuit aliud expungi. Ergo April. 23. anno 1611. Ferreira, & Diaz cum fratribus duobus natione Sinis, Sciaoceum deserunt, anno volente vicesimo septimo ex quo Riccius Sciaochino, stationem illuc transtulerat, quae nunc dierum itinere quatuor in interiorum Regno urbem Nanhion transfertur, comitati sunt Patres aduerso flumine Christiani, cum inexplicabili dolore, nec sedauit eorum lacrimas, quod sponderent se quam possent sapissimè Sciaoceum reuisuros, fuitque pio imperio opus adigerentur urbem repetere qui volebant omnino illos usque Nanhion prosequi. Omnes e ripa nauim secuti sunt oculis dum cerni potuit, iacturam non consolabilem deflentes eamque gemitu, vocibus, & proiectis humi frontibus querentes.

Inter haec Hosij suis cum Bonziis suburbani, victoria illa tumulent;

18.  
Sciaocentes  
caelitus pa-  
niuntur.

quàm de Christianorum Deo, Deos suos tulisse delirabant, breue illi gaudium luctu damnisque ingentibus mox luerunt. Postero quàm Patres excefferant die, torrentes ex niuibz & pluuiis aqua de Prouincia Huguanensi aduersum decurrunt in amnem, qui suburbium alluebat & proui fluminis opposito aluco refusa, æquatis aut superatis aggeribus domorum subruunt ad duo millia; pontem qui vrbi iungebat suburbium ruptis catenis abripunt; vrbs muro quã ripa alteri immanebat perfracta, iniqui Præfecti euertunt palatium, & latissima refectione ex ligneis domibus confusas lignorum congeries alportant, nec strages hic metam posuit, subsecutus est interitus arborum, & recessu aquarum, limoso ex solo teter vapor, morbum induxit pestilentem: quã tam velox, & euidentis eiectionis nostræ pœna, tantum abest vt idololatrias mouerit suburbanos, tentarunt quin etiam illum Patribz imputare; Mandarinis & ciues tam certò habebant perituum Deum verum vlcisci suburbanorum crimen qui nostrum exilium Præfecto suaserant, vt huic essent auctores nostri reuocandi; & diris omnibus suburbanos, vbicumque occurrerent deuouebant. Liberato aequi siccoque iam solo domum nostram Præfectus sibi asseruit, angustis eius cubicula in aulam complanauit, quam inscripsit grandi Charactere, *alacritatis aulam*, eamque luxuriosis illis comportorum suorum, edicauit cœnis, & Mandarinorum sibi similibz, & epicureis deliciis. Bonzios serò pœnituit, Patrum viciniam Mandarinis mutasse, vt qui præter contemptum, & purgandæ aulæ molestissimum onus, nihil inde sibi lucri collegissent.

19.  
Nanhione  
exiguus fru-  
ctus ob sol-  
tati pietatē.

Sciaocœo profecti ferreira & Diaz aduerso flumine Nanhion perueniunt: emporium est opulentissimum Nanhion, confine ad septentrionem Prouinciæ Cantonensî, & eo præcipuè nomine externis celebratum, quod secundus sit in Sinas aditus quo semel superato Pechinam vsque nihil eos remotere; Etsi verò censetur intra fines Cantonensium, sed eos odit vt barbaros, & Sinarum Tartariam eorum nominat regionem, utpote aduenis infestam ex quibus appulsi regno; ferè vrbs illa constat. Fecit hoc odium, & reuerentia Ricci ab annis viginti etiam tùm vigens, vt Patrum exilium libenter colligeret, tantumque iis exhiberet benevolentia, & honoris, vt obliteraret in sensum calamitatis Sciaocensis. Præfectus in primis visentes se obsequi gratia extra palatium deducens ad confertam qui foris expectabant curiosorem turbam; En, inquit, par hominum, quos solùm videre faustitas magna est; quod ab eo profectum viro, diuturnum in ciuibz nostri desiderium magnopetè auxit; nostris vicissim ardentè optantibus ea in vrbe retineri, tùm vt opem subinde aliquam Christianis Sciaocentibus commodarent; tùm vt novos in regnum, quã solùm dabatur, operarios inducerent; Duabus igitur ab suo aduentu hebdomadis conducunt domunculam, in ea cubiculum decenter vestiunt, Saluatoris effigiem eleganter ornatam in altari locant; nullo præceco concutitur;

concurritur; Mandatini, & ciues, spectant, mirantur, interrogant, quis homo? quis Deus? quem ea referret tabula? nostri & Patres, & fratres Sinæ duo, præstò semper in officioso habitu, tam bonis occasionibus vtuntur, & prima mittunt salutis semina; post paulùm scholam aperiuunt, docent legis diuinæ arcana, & sensum auditorem ad sacra baptismi comparant. Inauditum illud & prodigio simile, quod etiam femina gestatoris in sellis accurrere, vt spectarent & ipsa cæli Reginam in sua imagine, & explicatiùs discerent, quæ sibi à Maritis, & niis fuerant leuiter indicata; sed honestatis publicæ decoro exclusæ foribus, illic paucis de augustissima Deiparæ, cuiusque immensis doctibus audire. Hoc experimentum Christiani pudoris magna, secuta est religionis existimatio, cuius Magistri essent in eo seruando aded accurati. Vtram enim verò incredibile illud Ethnicæ pietatis, & animæ studium quod notabant ea in vrbe Partes, sperabantque in messem animatum copiosissimam exiturum in contrarium vertit. Certò credunt animos immortales, quod negat reliqua Cantonensis Prouincia, idcirco cæteris agrestior & peior. Complures à teneris ad decrepitem senium vitam omnem, die nullo excepto, leguminibus & herbis exigunt; cepas tamen, & allia non attingunt, ne suis idolis, quibus ædes, & templa refecta sunt, terrum illum odorem inhalent. Sodaliis abundant virorum, & mulierum crebris, statisque illorum in cætibus, psallunt, Deorum laudes cantant, in quibus symphonicis organis voces iungunt graui iuxta gratòque concentu. Morti priùs quàm pulicem necate, ne patrem fortassis in eo perimant; migrare animas in alia corpora; nullum animal esse quod olim homo non fuerit, sitque reipla nunc item, quantum ad animum, sed bestia corpore, vitæque damnatus belluina. Pœnis verò quàm miris se afflicent, quantam egentes liberalitate exhauriant incredibile est, vt secuti post mortem Regi se sistant tenebrarum, à quo suus cuique attributus est tabellio, priuatis cuiusque tabulis adnotans, præclaram hanc operum seriem, quæ se coram perfecta, immunes pronuntiet ab inferorum octodecim (tot enim enumerant) supplitiis cruciabilibus, & rediivo in manca, egena, & infelicia corpora regressu; mittatque in artus sanos, ingeniosos, & nobiles, quibus in Mandarinis denique fingantur pro vitæ meritis minores, aut maximos, tandèmq; annorum futuri, Paradisum Indiæ subeant, à Diis videlicet promissum quos sua in Sinas benignitas detulit. His imbutos pars veris, pars veri aliqua similitudine fabulosis putarant nostri dociliores fore ad indubitaram religionis Christianæ felicitatem & doctrinam, experti tamen sunt in suis erroribus, & cultu Deorum pertinaciores: Bonziorum nempe fraudulento suauis obfirmatos, sed fallacibus exemplis longè tenacius. Sunt enim ex iis qui mali dæmonis instinctu obitus sui mensem, diem horamque prænantiant, & prænantij fama, spectatoribus ad conditum curiosè suspensis, confidentes ipsi splendida in veste, sereno

&amp;

& renidenti ore operiuntur mortem, de illa sermonem alacres cum iis trahunt tanquam vitæ momento fortunatissimo quo mox spiritus euahente euolaturi sunt in beatas Deorum suorum sedes, quæ fræde prænantij (quod est dæmoni facile) reipfa completi, sectatores illorum misere inducuntur ut sibi quoque ab iis promissam, beatitudinem mortis, nihil addubitent ratam fore si conitantes in obsequio Deorum ad extremum durent. Hinc illæ in futuram vitam sponhionum feliciam ed certiores quod emptæ pretiis immanioribus à cæli Magistro & gubernatore spirituum syngraphæ: is archimagus Pechini, degit, sed suos in aliis urbibus maxime Nanhione alcat Ministros qui suas præstigias, & has tur in cælum commeatus solennes syngraphas venderent. Urbis ergo ingenium à religione vertenda ed auertius quod certiora salutis pignora tenere se in ea confidebat, ingræte respouit nostrorum expectationi; adde quod nec ipsi se satis liberè in opus fudebant, cum ea ciuitas indicti exilij finibus clauderetur, starentque in procinctu semper ad eam deserendam. Haud fuit, tamen aded vana eorum labor, quin Literati nobilis eiusque filiorum baptismo celebrari pensaretur, ipso B. Patriarchæ nostri sacro die, à quo & Ignatius uictus est. Creuit postea numerus tingendum, primum ad duodequadraginta, inde ad quinque supra quinquaginta; quibus Sciaocæo viginti denique accessere. Mentis aliquot Patres egerant Nanhione, cum improuifus Pechino adfuit Longobardus, ad hoc à P. Passio vocatus Macaum, ut nostrorum in Sinis stationes pro suo munere, cum illo inspiceret, mors consiliu Passij interuertit. Quare Longobardus in Europam, & Romam P. Nicolaum Trigaultium destinauit biennium tantum postquam Sinas intrarat, sed animosum, & prouidum; experiensissimum rerum Sinensium, & cui tuto possit illius itineris, grauitas committi; Nanhini Trigaultius operam dabat Sinensibus literis. Nanhionem appulsus, cum Longobardi mandatis Macaum euasit, non sine periculis in Cantonensis Prouinciæ traiectu: inde versus Malacam & Indiam vela fecit anni 1613. Februario, quem octennio post in Sinas reducem, sequetur sua gestorum narratio. Longobardus ne frustra mortuo Passio venisset Nanhionem, nostros illic lategit habilitate; Proregem ad hoc, eorum saltem conscium fieri curauit; qui Rescripto parcens si dissimilaret se quicquam scire, censeretur ex stylo Sinarum annuere. Sumptis inde animis tentare ausus est abiectam, Sciaocæi nostrorum stationem reparare, ut suus vnâ nomini Christiano sanciretur honos, & ille vnicus Euangelio in Sinas aditus permaneret liber; ne auarum factum Præfetti Sciaocensis, pessimum contra nos, & exitiale in reliquos Mandarinos exemplum traheret. Munus negotio difficili viam apologetico eloquentissimo quod à Doctore Paulo scriptum acceperat; ipse Proregi Cantonensi, per fratrem nostrum Sinensem Sciaochini porrexit. Hic (ne leuidensa, ut minima obiter, fraudetur sua laude) ille est qui religiosos Lusitanos, Hispanos,

20.  
Sciaocæum  
PP. reuocan-  
mit.

& alios varij generis vectores, naufragij duplicis miserabiles reliquias efficacissima opera seruauit; naufragi ad insulam Hainanensem captique illico, traditi fuerant iudicandi Cantonensibus Mandarinis, quorum gratiæ summa fuit vitam iis seruare, verum in carcere, deteriori morte ipsa; hoc solùm reis quòd essent externi, nec aquis præfocati Eorum miseris frater optimus succutrit, & solerti manu causam apud Prætegem tam industriè tractauit, vt iis libertatem, nauim, viaticum, vsque Macaum exoraret. Iam quòd Patres spectabat Sciaoceum remittendos in possessionem suæ domus ab iniusto Præfecto vsurpatæ, Præfectum eundem vehementissimè terruit. Bonzios acciuit & suburbij Primores, multùm eos rogans, ne Patres sinerent illuc restitui; at hi longè ab iis qui fuerant diuersi, & quanquam serius, damnis suis consultiores facti, negarunt penitè obstituros se Patrum reditui, ne iterata fluminis eluione mergerentur. Taolius inter hæc Nanhionis & Sciaocei superiori iare Præses improbissimum Præfectum diu reluctantem, & tergiversantem compulit ad iudicium quod tulerat iniquum palinodia rescindendum; & edicendum iuridicè posteriori sententia, erratum ab se in priori; Patres malè damnatos; nunc illis vt ante fuerant integra esse & salua omnia, quam summo imperio, ringenti extortam sententiam, beneficium suum Præfectus videri cupiens, ad Longobardum eam misit testificatus alacritatem singularem ex Patrum innocentia nouis cognitionibus comperta; dumtaxat enixè obsecrabat honoris sui ratio haberetur, nec priùs Sciaoceum Patres repeterent, quàm Magistratu decessisset, quod ei vtrò assensit Longobardus. Promulgata verò Sciaocei reditus nostri sententia mirùm quanto adplausu ab illo Hosiorum tam pridem nobis infesto suburbio tecta sit, quàm insperata conuersione voluntatum, & linguarum, maledicta & caumias, doctrinæ nostræ commendatione mutauerint, sibi vt aiebant, antehac ignoratæ. Fastidio fuerit eiusdem prope extremi periculi distincta narratio, ex quo statio Nanciana surrexit clarior & gloriosior auctore periculi manifesta Dei vindicta multato. Vitabant eatenus domum nostram Maiores Mandarinis, quod inter Vanuos sita esset, Regis nempe cognatos, gentem in omnem iniuriam effrænam, & vnus tantum instigatione in nos debacchantem; huius supplitio animosiores Mandarinis, nostrorum palàm suscipere tutelam. Præfectus vrbis edicti publici domum nostram ornauit monumento simul, & honore; quo Patres, & eorum legem magnoperè laudabat. Ecclesia quidem, vt primaria in vrbe, personarum nobilitate minimè illustris, sed honesti populi vniuerso cæta & virtute Deo charissima, proin crebra pellendi morbos & dæmones insignis potestate: ipsi quoque pressi aduersis ethnici, Iesum & Mariam in opem vocabant, faces cereas & odores mittebant ad eorum effigies arsura; cruce[m], aquam lastricam & nostrorum preces, malis suis remedium adhibebant. Comædi quin etiam vndeque curiositati spectatorum captare materiam soliti, Christianis

11.  
Comædi  
Ethnici

Christum  
honorificè,  
& Christiana  
repræsentat.

rebus in scenam producendis, nihil de suo scurrili audebant inferere, prodibat personam Dei cæli gerens planè vultu eodem, colore & ornatu quo apud nos depictum obseruauerant Salvatorem; circumstantibus illi, vt consueuerant ante aram humili reuerentia Christianis, ille tota eius quem imitabatur assumpta maiestate, sublimi è throno leges iis dabat, hoc est præcepta Decalogi ne verbo quidem ex iis prætermisso. Spondebat constantibus in eorum obseruatione beatam immortalitatem ad quam illos in cælum secum esset rapturus; sin autem vè miseri: nam legum suarum violatoribus paratos inferos, non esse inferi falsorum Deorum, veterum dæmonum similes, qui ex Indiis in Sinas venerant emendicaturi venerationem, Bonziorum fallacium rogatu inde forsitan extrudendi. Sic illi loquentem cæli Dominum inducebant: eratque re vera Christianorum vita, summæ Ethnicis admirationi, sed ea præcipuè in cor vnum & animam coagmentata illorum charitas, alienis perinde vt propriis calamitatibus sollicita, nec solum viuentibus, sed etiam mortuis solita opem ferre: ad hæc spontaneæ afflictationes vltra quam deberet ex molli & ignaua Sinarum indole expectari; senesque ipsos in hac secum lucta iunioribus præiisse, seruida vnus probauit pietas (nam erant complures quorum fecem ætatis ab anno septuagesimo ad nonagesimum Christus gratiæ suæ dignatus miraculo fuerat) sed in iis vnus tam crudo diu, & sæpè verberis in semet sauebat, vt ad crepitum plagarum horreat eius familia, præsertim filius. Admodum adolescens, & nondum Christianus, qui morbo postea ad extrema vergens, cum esset baptismo expiatus, mortem quæ Sinis nihil potest esse formidabilium, sic amauit, vt breues quæ supererant eius moras ferret ægeritumè, adeò illum certa fiducia Sacerdos noster animarat potiundæ mox beatæ immortalitatis; pudebat enim nihilominus Christo se sistere tam incultum, nullo patè ornatu meritum, vt cui pridè Christiano eras forsitan morituro, serum esset ea colligere. At hic succurrit illi memoria flagellorum quibus assuescentem nouerat, rogauitque vt se parte illorum dignaretur; suauit ipse manu eadem quæ sibi infligeret verbera: petitione filij fractus senex bonique illius æterni gaudio, non sensit naturam abhorrentem à dura filij moribundi verberatione, nec addubitauit an fas esset; plagas ei inflixit ducentas (qui fuisse videtur eius modus) inter pias vtriusque & dulces lachrimas, quibus pium vtriusque errorem, visus est non aspernari Deus imò iuuenis paulò post, inter lætas vitæ quàm prægestabat expectationes, & gratulantis parentis festiuos fletus animam efflauit. Hinc parens Deo gratias acturus in templum ad nos venit, quibus factum narrauit, & se illis debere professus est, quod beatum in cælo filium haberet. Tam certa & firma cælestium persuasione sustentabatur bonus senex! eratque hæc eadem diuinorum fides Christianis Nancianensibus adeò communis, vt eorum vni, mortem filij quadrumi: simul venirent gratulatum quod certo se sciret receptum cælo filium

11.  
Quanta vis  
gratiæ Neo-  
phyt.

21.  
Flagell. vo-  
lunt. ii. mo-  
ribundi.

filium possidere. Tantæ huius in morte fiduciæ dum causas inquirunt Ethnici, sola eius nominatione velut ictu infaufti syderis pauere soliti, precepta illarum firmitate, iis se adiunxerunt cum quibus mortem non timerent. Magno prouidentia diuina, bonitatis suæ sensu Patres re-creabat, dum iis non infantes modo, verum & adultos, & natu grandes, morti temporariæ proximos oblictebat subducendos morti sempiternæ in beatam vitam, dolentes maximè quod hanc seriùs cognouissent, nec possent tunc aliud præter mortem ei impendere. Ad hoc Patres feruida quorundam in alienam salutem sollicitudine vtentur, & inuestigabant moribundos in quibus eorum quæ sani audissent, tenuisset aliquid sanæ mentis. Ex iis suo è pago Marcus, Christianus egregius, reuertebatur Nancianum, cum muris propior videt mortuum efferti, extra urbem de more humandum, & ex prætereunte sandapila vocem audit prodire quâ exterriti vespillones onere proiecto diffugiunt. Accedens Marcus recludit Sarcophagum, puellam inuenit annorum septemdecim enixè obsecrantem, ne sepeliri se viuam pateretur, seruam se esse hominis Ethnici, quem ipsa nominabat, (eratque pridem Marco notissimus, vt qui Christiana institutione frustra illam baptismo parare laborasset; quòd nollet cum Christo mores induere Christianos. Cauentem herum ne ad mortem ægrotans domi moretetur, quod Sinæ putant ominosissimam, defectioue sensuum repentina captam, iussisse illicè sarcophago claudi, & pro mortua efferti. Cui Marcus non poterat filia in manus incidere huic tuo articulo magis propitias, faxo, nisi tu non vis, vt hac è misera quam perdis vita, in beatam transeas, eamque immortalẽ. Arridens illa tam optato bono, volo, inquit, omninò, nec viam ignoro; noui enim te probè nec alia egeò catechesi, ab ea quàm ex te didici, audiebam quæcumque meo hero tradebas, & verã indicabam, ardebamque desiderio baptismi, sed conditione seruitutis, vetabar de me statuere: interrogatam paucis Marcus vt sensit abundè scitu necessaria percepisse, sacro fonte lustrauit; nec vllò circumquaque inuento qui sustineret illam domi suæ mori; coactus est noctem aduigilare ibidem morienti, vbi cælo albente placidè obiit. Istiusmodi euenta diuinæ gratiæ quosdam procul vocantis in Christo victuros, alios in Christo morituros, illustra fuere & multa Nanciani, in quibus nonnulli post triginta Magistros variorum errorum mutatos ad indagandam veritatem, ad Christum denique appellabant tam euidenti sapiùs, & inusitato prærogatio diuinæ operæ, vt recogitato eo Christiani stabilirentur solidiùs in suscepra fide, & æmularentur Patrum perpetua studia in conuersione animarum. Hoc igne instinctus Literatus, nomine Stephanus vir sanctus, Nanciano in patriam sex dierum itinere reuersus, sodalium cœgit Catechumenorum, quos rudi intereà Magisterio informatos Patrum cuiuspiam perficiendos daret in absolutam Christianismi formam, Christianam doctrinam, Catechismi partem, & augustissimum

23.  
Baptismus  
puellæ dum  
effertur.

24.  
Conuersi in  
conuerten-  
dis aliis ar-  
dentes.



Iesu nomen suo excusa ære, larga manu in quamplurimos tribuebat, & strenuitatem nostrorum in Christi negotio quoad laico licet, iurabatur diligentissimè, aiens, cum ij leucarum tot millia & discrimina emensi, ærumnas perferrent, & vexationes continuas, in quædam Sinensium animis, æquum esse illos ab Sinis iuuari, ad inueniendum quod quærebat. Sic ille pariter quem ante meminimus in armis Doctor, celebris Mandarinus, Nancium munus Apostoli erga suos milites obibat, præibatque illis virtute nobili ad conuersionem, omnemque probitatem, & filios (quos dederat Patribus educandos) totamque familiam de morum suorum pietate fingebat. Viros eiusmodi præstantes quod religioni latius profereudæ aditus facerent, instituebant nostri eo consilio & cura vt possent altis Magistri esse. Ad hoc irem ipsi vt apti fierent, nullis pareebant incommodis, quo sacrificiis diuinis aliisque promouendæ virtutis præsidis interessent, nec defuere qui per annis testagnationem vmbilico tenus longè in templum euaderent: iam ille apex charitatis mori pro fratribus prodige, in quosdam præ aliis Sin Philippo excelluit, magno quantum iam ænum, probitatis annis documento erat Christianis, & pestilentia grassante, ministerium & vitam, contactorum leuandis miseris addebat, tactus non multò post ipsemet, & ritè factis procuratus, ad vitium halitum tollendis ad cælum manibus & oculis, signanda fronte signo crucis, Iesu & Maria nominandis, quoad plane defectus viribus, labiorum motu, animi cum Deo prodebat colloquia: & amorem crucis, quam pollice altero, in vola manus alterius ducebat, addebat morienti mater; mortuo dolere nescia, & felicitatis ostentans, narransque pignora, prolixas preces, dura ieiunia, noctes peruigiles, flagella, cilicia, quibus tam boni filij iacturam læta solabatur. Ad hunc item vitæ contemptum pertinet, quod Nancianenses aliquot Christiani, locum forte ingressi quem multis statuis Ethnicis adornarant, non sunt veriti signum crucis aduersum ducere; conspicati hoc Ethnicis, & experti Deos seu dæmones suos, eius signi aspectu diffingere, pugnis, calcibus, fustibus inuadunt Christianos cæduntque ad fatietatem quorum fuit nemo quin contumeliam atrocem quam proeliue iis erat prohibere, magno sibi honoris duceret, Vnus Matthias nomine, in quem potissimum sauebant, vt proceritate & robore ad resistendum validior, sic patientia clarior, Martyrij memor quod sæpè à Deo petiisset parum est, aiebat ad ea quæ pro Deo meo perpeti cupio; vel occidite si lubet, nihil obstitero, nec in vos digitum mouero, Accurrentes verò aliunde ad hunc strepitum Christiani, gaudere, gratulari, omnes domum nostram pariter venire, lætisque à Patribus amplexu excepti cum illo ante aram beneficij gratias agere: haud fuit tamen suum scelus Ethnicis impunè illius auctor & signifer paucis diebus interiit, alios pena minor quidem; sed grauis secuta est ad prohibendam cælitus à Christianis assiduam Ethnicorum insolentemque

24.  
Neophyt.  
mors peste  
cont. infer.

26  
Ardor fid. &  
patientiz  
Christ.

que iniuriam qui ferre non poterant vicinos sibi Christianos, quod illorum cuiusvis propinquitas, illorum enervaret Deos, faceretque ad pollutata beneficia debiles & inertes.

Sciendum enim Taosios genus maleficum planèque dæmonibus obstrictum, nusquam suas magis quam Nanciani fraudes & incantamenta venditare, quæ Deorum luorum appellant miracula, dæmonum scilicet quibus vtuntur familiariter. Ad inveniendâ vel amissâ vel furto sublata, domos consulentium adeunt proprio cum augurali habitu cuius pars castula linea nostrati similis; solum aqua secum allata leuiter terrotant; figuris inscribunt Magicis; preces addunt longas, & concentum, ad tympana & tibias aptum; adest dæmon; rei amissæ locum, aut sublatae futem, euidenti responso indicat. Morbos quoque cantu tridigano, alterius choris & succidancis, permolesto sanant; sed iis suæ artis, & lucri cardo est, euocare animas in hanc lucem, extorquere ex iis vt scitantibus propinquis respondeant, quibus inferis teneantur, quas pœnas luant, quibus sacris, largitionibus, peregrinationibus, & à quo Deorum, suam velint deposci liberationem; his dæmon haud quidem aspectabilis, sed voce tanquam è longinquo summissa, & debili respondet; vel mox occupato Taosij corpore, defuncti persona, colore, vocis sono conformatione omni Taolium induit, & lingua illius quaesita enunciat. Fingunt & fontes interdum animas ex dæmonum manibus elabi, vt domos reuisant, sed retrahendas illicò in suum carcerem, vtque illas agit in rabiem. Craciatuum vis, qui primum occurrerit, vel extraneus, vel ignotus, illum ictu occulto in morbum & lectam deiciunt quoad intereat. Huius porrò in domos reditus, ex quibus morte excesserant, diem, & momenta præscribunt Taosij, vtque sit maior mendacis fides, præmittunt opera dæmonum, nocturnos strepitus quibus interea familiam terrent; quare appetente quem prænunciant die, domo euadunt omnes, & ne animal quidem quod viuum cupiunt in ea relinquunt, nec prius ausint pedem intus referre quam Taosius domum expiarit, compuleritque maleficam animam infitos suos repetere; id autem præstat stricto ense pererrans cubicula, & punctim cæsum, ritu bacchantis animam illam petens; post quæ domum tunc puram renuntiat, & reductis habitatoribus, sudoris lymphatici, quo madebat accepto pretio discedit. Hac ergo de causa Ethnici Christianos procul à vicinia arcebant, quod vel iis contigui, vel fortuito obuij dum suis montes diuinationibus instaret; non posset à Diis odor Christianorum ferri, & emasculata respondendi, vis & fallendi concideret. Verum enim verò quibus mens sanior, prudenter argumentabantur Christianorum Deum sua vnus vmbra, Diis Oscianorum, & Taosiorum omnibus plus posse; imò nec esse Deos, sed dæmones, qui Christiani cuiuspian, aut rei Christiana non sustinerent præsentiam, quare ipsi quoque omissis Taosijs, diuinum Iesu nomen, factas imagines, & alia Christianorum præsidia, suis malis remedium

26.  
Diurn. & e-  
uocationes  
anim. etiam  
Christ.

nec frustra adhibeant. Plus tamen contulit ad æstimationem legis Christianæ, quod euocata per Taosios ab Ethnicis animæ Christianorum amicorum, & interrogata ubi essent? egerentne aliquo? uellentne Taosiorum sacris, & incensione chartæ inaurata aliqua leuari; respondebant seu illæ ipsæ, seu Deo uolente pro iis alius; aut se beatas in celo agere; aut bono loco esse, auersari se ipsorum piacula utpote in nocitura, nihil sibi profutura. Hinc per urbem rumor saluos esse omnes Christianos; fortunatam domum in qua obisset Christianus; malos in ea metus reuersuræ ad necandos domesticos animæ: nihil opus eam subinde relinquere, nec enim unquam persenserant infestam ionibus esse obnoxium quibus ædes aliæ laborabant. His uicti argumenta Sinæ, religionem Christianam erant libentissimè amplexuri nisi boni omnis scientiam & possessionem innata superbia, sibi arrogantes puduisset, pro peregrina uitam relinquere, quam si licuisset, uolebant cum Christiana retinere.

Habet anni 13. & 14 residuum, Patrum quinque in Sinas capitulis alæ ingressum horum ultimus Ioannes Rodriguez arcanas Bonziorum requirebat doctrinas, quorum apud Sinas Bibliotheca duplex, scripturam duarum idololatriam magnis voluminibus continebat; & suscepit Rodriguez conuicendam ex iis pertinaciam Bonziorum Iaponum quibus expulsus fuerat. Priores duo Iulius Alemius, & Petrus Spiritus Sinensi habita, tentate aditum aggressi, nummis viginti uenditi ueritatis prodicione perfidi Nauarchi qui Macao illos Quanceum vexerat ut nummis centum ægrè uita incolami ex Mandarinis redempti sunt, per ueritatis suppliciorum crudelium indicta, si conspicerentur denuò intra Sinas, quam ipsi ne possent fallere, uultus illorum ad uinum expressos publice affixere. Centum nihilo secius artibus, nocturnis, & auis per caeca, sentitas itineribus, mutatione lemborum, otis & vestium, in calsum laborassent, nisi eorum industriæ obsecundassent custodes genij, nautis enim Sinensibus fidelitatis mensura uerum est, uiuos tamen de nudos à se amiserit, Deo illorum barbariem mitigante; inde per secenta exploratorum effugia, & mille oculos, suspicacissimam, & inaccessibilem Cantonensem Prouinciam præteruerti applicuere adique Nanchionem cum Francisco Sambiasio, Aluaro Semedo, & Ioanne Rodriguez. Horum quatuor sine mora Longobardus Nanchinum destinatus. Literarum characteri & i homati operam daturus. Erat illic nostrorum apud Mandarinos tam firma tantæque gratia, constabatque tam certo nihil ab iis quaeri præter Dei unius cultum legitimum, ut hæc tam aperta ad numerum nostrum accessio, suspensionem iis nullam iniecerit. Mandarinus quidem ea in aula recens, nostrique ignarus criminosis in nos ad Regem libellis, suum illi securitatis publicæ studium nifus est commendare, inculcata illi veteri cautione cauendi ab nostris & Lusitanis periculi, cui nefariam subdebat Christianæ legis accensionem. Rex etiam natura timidus, & credulitate præcipiti, suspectos

Solitus seuerè præuertere, Mandarinum spreuit, nec vllò responso dignatus est, Patres enim Pechini in aulae oculis experimentum sui tam perspicuum dabant, vt ex eo intelligeretur, de illorum sociis quid esset sciendum. Deus verò scelestum breui de medio sustulit, & verè an falso rumor increbruit, sublime correptum à dæmone, solo inde alissimè planèque contractum, quod pronum creditu ostenta fecerant quibus vexatos mihiis Patres, & Christi quam docebant legem vlciscabatur Deus, multosque hoc fræno ab eorum insectatione inhibebat. Inter quos, Primates Eunuchorum pro malignitate improbæ nationis, fuerant nobis semper metuendi, vt qui essent cultus Deorum sacrilegi firmamenta, & ædificandis eorum cœnobiis & templis nomen studebant æternare quod in posteris suis non poterant: egit tamen illos aliquando spectandarum cupido machinarum, quibus fabricandis instabat Sabatinus, salutari ab eo demisse pro genio ambitus quo tumeat, circurari primum, & obsequiis leniri, post sensim nihil minus sentientes in colloquia deflecti de anima, eiusque sempiternis tum pœnis tum præmiis; ad extremum capi, & pellici, non iam curiosa organorum quæ machinabatur nouitate, sed desiderio discenda, referendique codices catechismi, quos etsi fructus non essent alium daturi, magnum fuit in palatium subire. Hinc vnus speciem præferens, Eunuchorum imperio dignam, superbo, & splendido trecentorum è suis comitatu ad eum venit; Sabatinus pro gradu & maiestate illa salutatum, in templum vt erat solitus, induxit Saldatoris in quo erat Riccij sepulchrum) ad honorem sacris imaginibus exhibendum; illic in sacello Reginae Despræ augustam effigiem conspicatus Eunuchus percussus est subito reuerentiæ magnæ sensu, visque illi est grandius aliquid humano præferre, vtque illam audiat cœli Dominam esse, corporatique Dei matrem, quæ illum & Virgo sacris visceribus concepisset, & peperisset Virgo, officiosos in eam summisionum ritibus integravit, hæsitque homini tam vtuæ eius venerabilitas & maiestas, vt in palatium regressus Sabatino deferret per nuntium, quicquid apud Regem in sua foret potestate. Præter eius animæ salutem & Christianismi patrocinium nihil ab eo admittit Sabatinus. Eundem apud Mandarinos sortita est fructum lucubratorum Pantoix, cui *Cèche*, hoc est *septem victorias*, indicem præfixit quod de septem capitalibus vitiis ageret expugnandis ex quo literatis a quibus auidè terebatur perspicuum constitit virtutis Sinenfium quæ præter speciem nihil habet, & Christianorum quæ tota interiori discrimen; Sinenfis item sophistice quæ sterili tinxit virtutum contemplatione; & Philosophiæ solidæ, quæ omnem applicat formandis perficiendisque moribus operum: quare vtriusque doctrinæ partibus describendis Sinenfium vita graphicè pingebatur probitatis facio sibi vnicè placens; & Christianorum ex interioribus dictatis, insitæ rationis-effingens, ac poliens exterioris sanctitatem: quod erat Sinis aded probatum & euidens, præsertim diuitibus vt argentum, prouentus,

26  
Eunuchifensim ad fidem affic.

27.  
Pantoix  
contra septem P. opus.

27.  
Mutat. dex  
teræ Excelli  
per bap.

proventus, remque omnem domesticam, Christianis securi famulibus crederent, quibus ante baptismum ne nummum quidem, fugæ aut furti metu fuerant creditum. Ex iis verò dum quærentem domini, venditam heri furaces, perfidi, helluones tam repente nunc sobrii, fideles, alieni custodes? respondebant heri se idololatrias, hodie Christianos, aliis vixisse legibus, nunc aliis vivere; recitabantque sub hæc præcepta Decalogi, & pœnas violatoribus à D. o positas omnium, etiam cordium inspectore, quibus si minus eumcebant ut compuncterentur honestatem cuius magis admiratione, quam desiderio affliciebantur; amabant saltem illam eiusque sectatores, & Magistros; cuius dilatandæ benevolentiam, & auctoritatem libenter impendebant. Quæ causa Patres exstimulabat vehementer ut assiduis misericordiæ operibus assuefacerent Neophytos suos cum præter alia, nulla esset tam potens ad conversionem Ethnicorum ab idolis, etiam Doctorum prohibitio, ut cum ope suorum destituti, experiebantur Christianorum beneficentiam nunquam sibi deesse, ex quo fortius quam rationibus quibusvis argumentabantur sanctimoniam Christianam suppetebant & quotidiana eiusdem virtutis in Literatis, Oscianis, & Taois documenta qui suæ conscij immortalitatis, ut æternum beatam obtinerent, infinitos trium illarum riuos sectarum exhaurerant, nec usquam alibi quicquam repererant, in quo illorum vel acquiesceret ingenium, vel animi conscientia, nisi in Catechismo Matthæi Riccij, hoc lucidense perlecto multi, dierum interdum quindecim labore ad Patres veniebant à quibus edoceri plenius, & fidelium adscripti numero, credendi firmitate, & integritate virtutis cedebant nemini, potissimum verò, inflammato ardore vocandi, quamplurimos in partem eius domini, quod tantoperè sudarant. Multos eiusmodi censebat Cataneus in noua sua Hancei Ecclesia, non pluriùm hæctenus quam quingentorum numero diffusa, iam tamen aliarum, parente, & alumna, quattuor, quatuor sex dierum spatio diffitas operarij nostri statuebant. Cataneus articulatibus maximè genuum, & acerbissimis innexos doloribus nihilo segnius operarij optimi superabat vices. Hanceo quatuor annis Suncianum, & Sciamhaiam excurtebat, illam Ioannis, hanc Pauli Doctorum patriam, ubi consanguineos illorum quotquot catanus fuerant Ethnici, baptismo lustravit, aliosque quinquaginta, anno proxime sequenti totidem, præter illos quos ad Christi fidem bene illic affectos reliquit. Eius socius Felicianus de Sylua, cum F. Francisco Lagea Sinensi, Chiuseum urbem excoluit, ubi dies intra septemdecim, Ethnicos septuaginta sacro baptismate Christo dedit, magno, inter Sinas tam brevi tempore, & raro numero, sed viræ præstantia insigni. Fuitque postrema hæc Feliciani excursio: ex comestione & doloribus viscerum, nulla medicorum sagacitate aut arte restitui potuit, et si ad hoc Nanchinum remissus Christianos haberet in omne subsidium prodigos, dicerentque si posset sanguinis balneo cre-

rati, se iusto parcius suo & filiorum sanguine vitam hominis empturos cui salutem deberent animarum tot ab eo periculis & ærumnis tam longinquo ex orbe quæsitam; iis mense integro cruciatibus exhaustum, profluvium sanguinis abstulit, Christianorum lætu inconsolabili, anno seculi huius quarto & decimo ætatis trigésimo septimo; Evangelici apud Sinas ministerij nono. Parentes habuit Lusitanos, mentem suscipiendis in Dei gloriam arduis, & consiciendis paræm, Nanchini summam viuis, & mortuus apud Christianos venerationem; quam triennio post auxit mirificè spectaculi novitas cum Scin Mandarinum tyrannide barbara (quam tunc referemus) recluso eius sarcophago, corruptionis expertus apparuit, & suave olens cadaver. Anno verò xvi trigésimo septimo, cum effoderetur referetur transferendas in locum aptiorem, innata eidem sarcophago, prodiensque ex illorami vniuersa herba in multa passuum centena serpente solita; elato demùm sarcophago scaturiuit fons ex solo cui incubuerat, quæ tamen non negem potuisse naturæ miraculo fieri, sed Christianorum pietas meritis eius attribuit.

Nunc priusquam in annum subeo 1615. ingressu operarum in Cocinam faustum, reddo quæ huc idcirco reieceram cum de infinita in ceremoniis Sinarum agerem occupatione, quod eius impeditissimæ observationis occasionem hic annus daturus esset perillustrem: funus videlicet Reginæ matris, cuius frequentia, ordo, & maiestas tribunalium sex, & Collegiorum, hoc est regni totius excellentissima ingenia exhaustit, & successu quidem tam omni ex prospero & optato, ut Rituum Præles quem Lipu nancupant, eius apparatus, elationem cadaueris, Regisque sub hæc munificentiam libris tribus complexus, admiratione rei tantæ attonitos populos latè perstrinxerit: diuigebat eam Rex affectu intimo non priuati solum in matrem officij, sed quod supra feminam prudens, decennis filij, regni que nacta gubernationem, periculosis temporibus, periculum omne ab eo depulisset, & in explicandis negotiorum labyrinthis quorum mole ingenti eius gubernatio premebatur Regum veterum maximis præstaret. Vita ad hæc, si Bonzios audires, ex quo Sinæ fuerunt sanctissima, quam eius laudem fuit per commodum ab iis præiudicari, quos multis iam annis suo ieiunio saginabat; verbis ipsa illorum fraudulentis, & futuri promissionibus victitans. In milliones exit auri pondus, quod ædificandis eorum templis, atque cœnobiis; & ingurgitandis sumptuoso victu paucorum illorum gregibus, effusè proiecerat. Huic eius vitæ octogésimas demùm annus finem imposuit die lunæ secundæ nono, qui nobis in Martium exeuntem cadit anni 1614. Efflatat vix animam cum signo dato repente vndique, toto quoquo versum imperio veterarij præcipitant, nuntiatum vbiq; tristem casum; indictum vbiq; Vanuis, seu Regis propinquis, accepto mox nuntio ut humi quinquies procumbant; fronte solum quinquies feriant, & velint nolint fleant. Inde

27.  
Feliciani se-  
pa mirabile.

28.  
Regin. Sin.  
funus.

septem & viginti dies tùm ipsi, tùm Ordo Mandarinorum vniuersus, eorumque vxores nisi veste funebri non vtantur, qui Magistratibus funguntur ipsique aded Prouinciarum inspectores, mæsto silentio excipiantur palatiis quæ Rex habet vbique urbium præclara, nec vllos admittant in eorum ingressu crotalorum, tibiæ, aliorumve instrumentorum sonos; minium diluto cœrulo signandis literis, & Rescriptis mutent; luctum populus omnis signo aliquo funereo præferat. Pechini autem Mandarinis illico indictu splendidi ornatus in tristem mutatio, hoc est alba talaris ex cannabe, pro phrigionica; crassus funis præinctu duplici tenes premens, extremis antrosum ad terram pendulis, pro zona gemmis, & auto bullata; agrestes ex palea calcei, vel stupeo licet textiles, pro delicatis & sericis; tegmen capitis à consueto minimè diuersum, sed per urbem fuscum, albo autem panno ad ingressum tegiæ inuolutum, & pro vittis illis amphotidum specie aures radentibus, longæ à tergo in humeros ex candido tæniæ. Fuit hic Mandarinorum cultus quoad Reginæ cadauer humatum est, hoc est mensium quatuor spatio. Aliis verò cuiuscumque forent conditionis & ordinis pileus candidus, in septem & viginti dies, edictione tam seuera imperatus, vt eius obliti, publica verberatione à carnifice mouerentur. Rex ipse non dispari à Mandarinis cultu, nisi quod magis etiam aspero dolorem testatus, in matris palatium, horis aliquot ab eius obitu secessit; illic triduum elixa oriza ieiunus exegit, orizæ ad diem tertium decimum (in quem etiam tota urbis carne abstinuit) ipse aliquid insullu adiecit olusculi; quod defunctæ matris miseram animam, vt perna vlla leuare non potuit, leuauit hunc saltem aliquo faginæ immans oneroso. Statis præter hæc horis quotidie, luctum ante cadauer instaurabat, procidendo; fronte humum verrendo, multa odorum fragrantia suffiando; quod Regina vxor, filij, secundariæ Reginæ, & de Eunuchis familiares magis, & intimi, omnes funerario habitu iudem factitabant. Illic etiam Rege coram, lectus, vestes, vasarium, & omnis defunctæ quamuis ditissima supellex ingenti aceruo concremata, & in cinerem redacta, qui magna diligentia collectus, depositus est in templum solenni comitatu extra urbem seruandus; cadauer tertio post obitum die, parato capulo clausus est: erat id capax mattæ grandis extenæ, & puluinatorum toralium varij generis, fabrefactum verò de arboris radice contra subterraneum humidum, & æui cariem duratura. In eo Rex ipse maternum corpus quo situ maximè decebat, in puluinis illis composuit, & quidem tanta mundi totius muliebris spectandum superbia, vt sponsa regia iuuenis, non anus mortua videretur; huic tamen Rex plenis manibus, vnionum imbrem tam densum impluit, vt centum millibus aureorum æstimaretur à nonnullis vniones autem pytopis, saphiris, omnique alio gemmatum flore variavit, aureis demùm circum quinquaginta, argenteis totidem panibus coronauit, defixis denique postremum in eam oculis flens, sese subduxit.

Subdaxit. Clausam sandapilam Euguchi collocarunt in aulae intimo aream spectante, in qua Rex die postero mensas inuenit quindecim cibis largè instructas quos ipse, cum suis, reficiendis mortuae manibus offerret ut qui putentur in inferis millies tantum recipere, quantum hic pro illis confertur: erant autem eae inferiae, porcus, veruex, fructus arborum, placentae, mustacea, & his similia. Dum autem matri parentat Rex filius, regni Summates, & Mandarinorum primarij quatuor Ordines (ad hoc solum in palatium inducti) publico luctui suam irem nauarunt officia, reliquis vero qui Pechini degunt Mandarinorum tot millibus imperatum adessent altero obitu die ad fores palatij maiores; taxatam dolendi, & flendi mensuram ibidem implerent, inde quadriduum & tribunalium suorum ædibus secubi, à domo procul & vxoribus transigerent, abstinere se vino, & carnibus; post hæc tribus continuis diebus ad portam eandem regiae decumanam pullati, mane & vesperi, præscripto numero proclinationum, fronte humum lamberent, & decies quinquies ex imis ruptum visceribus lamentabiliter, heu exclamarent, interpungerentque illas doloris voces, longis & miserabilibus suspiriis: nec putandum rem ioco vel minus seridè obitum, adstabat ab aula seuerus exactor funerarij illius tributarij, qui suspiria numeraret, & vim prope doloris ponderaret, iussæ quoque sunt vxores Mandarinorum quos dixi Principum, quæ sunt eius regni primariæ dominæ, sub diei exortum ad easdem fores conuenire, ornata omni non smodo abiecto, sed capitis neglectim panno candido obuolutis, calceatis è rudi cannabe pedibus, vestemque pariter cannabinam indutæ sed laxiorem vsitata, promissisque, & amplioribus manicis. Bonzij cenobitæ, & quoscumque penes fanum aliquod erat, campanarum sonis minimè parcebant, utpote singuli, millibus pulsuum triginta taxati; Doctores Collegij regij eliquabant sua ingenia in amplificandis titulis quos longa serie in demortuæ laudem à Prætorio Rituum acceperant. Instabant toto nugatum suatum conatu Mathematici, momentis duobus diuinandis quæ forent tum ad efferendum palatio cadauer, tum ad humi condendum ominata, ne Patribus quidem cessare licuit, amicorum suasu consolati sunt dolorem Regis elegantiori compositione. Diem mortuæ efferendæ propitium, Mathematici renunciauerant Lunæ sextæ nonum; horam ante meridiem quartam, humanæ verò diem Lunæ eiusdem quintum & decimum; horam decimam matutinam; quæ puncta temporis nihil non paratum ad complendas exequias offenderunt. Renouata in primis lamenta, & lacrimæ, sacrificia, & ieiunia miseris Mandarinis, eorumque coniugibus indicta; & cætera, quæ tardio fuerit iterum legere, uti & munus sacrificio par, ab Rege oblatum, honorandæ auctorum memoriæ in templo palatij consecrata: cum extraordinaria mæroris imagine inter incensiones pannorum solidorum ex pretiosissimo serico, & aromatatis vini, multis conditi mysteriorum tricis: subsecuta his illa in spe-

ciem sacra; re autem minimè quæ sibi Rituum Dictatores seorsum singuli, variis in templis obeunda sumpserunt, septem alijs stellis erraticis, alijs eorum elementis quinque; nonnulli montium custodibus genis, & rectoribus fluminum: portis Regiæ novem; & septem portibus qua transvectioni funeris decreta erat via. Die dicto vna clausis cæteris panditur vrbis porta, montem versus Tienſeum quarta distans leuca, vbi erat paratus reginæ inter Sinarum Imperatores locus. Via illuc vsque solidè complanata, lata orgiis octo, prætendebatur vtrinque fune perpetuo ad altitudinem pectoris, quem nefas erat spectatoribus transilire, vtrinque item decimo quinto passu dispositi, qui flauenti arena, colore nimirum regio, appropinquanti sandapile solum infisterent; vtrinque militum in armis continua series. Præibat ordo ingens Ministrorum præferentium Leones, equos, elephantos ad veri effigiem expressos; Reges præterea, & heroes magnitudine gestorum, annorum laude, regendi æquitate, & beneficiis in publicum, posteris gloriosos; vexilliferi deinceps, dracones aureos (regium inſigne) crispantibus cantabris ventilantes; sequebantur cellis in ferulis Rex summus tenebrarum, & Iudices inferorum; post acerræ, odorum copia, vasa & gaza immensi pretij ex defunctæ apothecis residua, quæ vnâ cum illis Deorum, hominum, & animalium figuris, dum humatur cadauer, igni sunt tradita. In his tamen agrè spectabilius aliud, & miserabilius, ordine, silentio, maiestate, quam interpositi curabant ex Eunuchis Mandatini sursum versus suas incellu graui, nutuque monentes decurias, ex illa verò infinitate populi vix latera stipantis, væ! cui excidisset vox altior, aut risus leuior, contra nempe verberatione pœnas insolentiæ confestim daturò Digesta in hunc modum pompa, succollant regali, machinamenti mirabilis feretro, milites trecenti, post orgiam quamque centesimam & octogessimam trecentis alijs, atque alijs honoris partes & ponderis cessati, erant enim mutandis sub nobili sarcina vicibus ter mille conscripti. Locatum in sublimi suo cum pignore incluso capulum, obtendebat persile ex alto cœlum, circa feretrum lecta ephëborum manus, elegantissimis tabulis epitaphia portabant, non illa quondam in exequijs producta, sed elucubrata tunc à Collegio Doctorem in magnos defunctæ, & proprios titulos à Præfectis Rituum dictatos. Harum verò vna laudum funebrium ad sacrificium quodlibet recitata, pars ipsa sacrificij cremabatur. Capulum proximè sequebatur Rex cum Principe filio, tum cæteri filij, cognati deinceps, & Reginæ, aspectu omnes supra modum afflicto: consociendo spatio quod interiori regis & portæ palatij octauæ interiaceret sacrificauit Rex quinquies, præter mensas hinc inde creberrimas pompam suffitu continuo vaporantes. Ad octauam hanc portam, matrem humi proiectus, & lachrimans vltimum salutauit, & quod palatio egredi fas non esset, statuto pro se funeris curatore Primatum maximo in penetralia suorum conclauum

uium recepit. Porta demum nona, funus decem millia armatorum in equis cultu magnifico extra palatium educunt, quibus ad montem sepulchro destinatum præierant millia quadraginta. Portæ urbis, qua sola patebat exitus septentrionali, mensis procul seorsum dispositis vires aderant Mandarinorum aulicorum, & incensio aromatum largæ, miltcere lamenta, & gemitus, & luctuosas inclinationes nitebantur. Illic etiam Regni primaria capita; illic Præfecti cœnobii parati suo, sua mortuæ sacra exoluerunt, vt & Regis propinqui ad flumen ab vrbe haud procul; sed verò propius nemo luctum expressit Bonzis sicophantis qui cum patrona idolorum magna iacturam dolebant largitionum eius immanium. Hi parentalium fabula, turmis quatuor lente acta in urbem rediere, nec vltius eo die processit pompa. Occumbente sole Præfecti exequiis Mandarinum, de genibus tremula, & peculiari sibi reuerentiæ formula mortuæ supplicat, gratum habeat ipsorum propositum de transigenda ad oram fluminis salubri loco nocte illa; & velut edita ex sacrophago vox annuisset, læti sarcophagum sub tentorio deponunt; giro duplici mensarum vasto cingunt altero naribus multa fragrantia recreandis; refouendæ animæ altero ingenti ciborum copia; sub hæc de assuetis Regis conspectui Eunuchum expediunt, qui esse Reginae prosperè & primum illud iter, quam commode actum Regi significet. Hinc illa exequiarum absque numero turba, circa sandapilam tensis storeis ad somnum & cibum succedit, quæ de fisco regio præbentur. Sole postridiè surgente hesterni Mandarinum, precum ad defunctam officia iterant, ne grauetur secum iter repetere, & suo ipsorum obsequia vt; moxque repeti iubent iter non expectato ab ea responso, isdemque hunc diem & reliquos confici ritibus, & minutis ad Regem nunciis sex enim toti dies, intumendi erant conficiendis ab vrbe ad montem miliaribus ægrè duodecim, & poterat luctus tam elaborati, maiestas & grauitas in longum facile distendi. Die tandem quarto & decimo sextæ lunæ ventum est in montem, vbi sandapila transfertur in feretrum longè priori magnificentius, & sumptuosius, vt in eo noctem Regina quietius duceret. Summo mane ritus supremi & maximi inchoantur sacrificatur iuuentæ terræ, ingens serici numerus; & vina odoris incocta aromatis; tetræ videlicet genio præmonendo, vt tantæ feminæ condignam meritis pararet quietis perpetuæ sedem. Hæc dum igni cremantur, vice Regis funeri prætidens lectissimum ex epitaphiis quæ portata tabellis diximus ipsemet clara voce legit, moxque cum inferiis aliis arsura in ignem coniecit, post hæc redacta quoque in cinerem vexilla regia, elephanti, leones, animalia, homines, dij subterranei, qui picti, fictive in ferculis gestabantur, cinisque vt factum iam fuerat obseruandus in templum delatus est. Successere his sacra nouem, à Mandarinis totidem, nouem locis facta placando illorum genio tutelari & recolendæ Regum memoriæ quorum illic visuntur sepulchra, & illa denique ap-

perente diei decima, quam Astrologi Reginae humanae felicem ad-  
dixerant, omnes de genibus, pronique in faciem obsecrant. Digne-  
tur breue id quod restat itineris explere, id ubi descriptis lentisque  
passibus perfectum beatum se putat cui contigerit demittendae in fol-  
sam sandapilae manus admouere, & terram iniicere, atque hinc tan-  
dem vltimum exsoluto lentissimarum proclinationum lacrimoso officio  
Pechinum redditur; interiori custodia militum quingentorum, eor-  
dem exteriori portae; ciuitas funebribus, & luctu liberantur: paren-  
tium Ministri pretium operae ab Rege accipiunt. Datur plena res  
& vinetis amnistia, dumtaxat exceptis quos extraordinarij sceleris,  
nefaria definet grauitas, condonatae praeterea pensitationes vnde-  
cumque fisco regio debita ad vsque Reginae obitum: vbicumque annona  
laborabat, erant autem propè in extremis Prouinciae integrae, leuati  
sunt tributo pauperes; stipe de fixo, & regis horreis donati, ad so-  
mentem & victum indidem pariter, agricolis suppeditatum est: gra-  
uissimae demùm contributionis ad restituendam ex incendio regiam  
imperatae, pars tertia toti regno remissa. Haec librorum trium breuis  
epitome, quos de hoc funere vulgarat Rituum tribunal, Sinarum ge-  
nium abundè explicat, totum videlicet in officiis, & vrbaniatibus Ri-  
tuum, in quibus omnem iacturam temporis lucrum putant, eoque  
vt in sacris sic in ciuilibus, tum viri Principes, tum pro facultate pri-  
uati etiam tam intolerabili obseruant superstitione, vt si quilibet ho-  
mo Deus, & quauis ciuilitas etiam priuata, publicum sacrum foret.  
Hoc nempe se solos morum Magistros existimant, nullos sibi officio-  
rum elegantia, grauitate, varietate, & multitudine aut pares aut se-  
cundos. Nunc ad res pergamus anni 1615. quae cum primum nobis ob-  
iiciant Euangelij aditum in regnum Cocincinae, iure lector videtur ca-  
gere cuiusmodi regnum sit, quidve illi cum Sinis in Religionis nego-  
tio, quod erit item suis annis de regno Tunchini explicandum.

19.  
Cocincinae  
Regiae quale.

Cocincinae nomen, ex vero corripit vulgi temeritas & imperitia.  
Chiaoci, vel Annan potius vocari debuit, quae vox aut quietem ad  
austrum, aut quod alij malunt, rem significat ad occasum sitam, de  
quae vnum olim conficiebant regnum Cocincinam simul & Tunchinam  
notat, Sinarum imperio ad occasum & austrum, eiusque pars quor-  
dam bello parata; post bello recepta ex Rege ignaui & mulieroso, qui  
perduellem suum tributarium habere maluit quam hostem. Diuulsum  
à Sinis regnum duplex, Tunchini postea Rex furiosus, & effusus,  
integrum sibi asseruit ablata Ciampae domino Cocincina, transmissio-  
que tandiu in feros haereditas, quoad eius auus qui Cocincinae nunc  
imperat ab Rege Tunchini, Praefectus in eam mitteretur. Hic magne  
mentis & animi iuuenis, sic eius sibi asciuit imperium, vt nullis  
deinceps aut armis aut artibus Tunchinensis aduersus illam quicquam  
promoueret, etsi alioqui triplo & quadruplo, militum numero mi-  
norem, sed enim Iaponum catapultrae atque acinaces; tormenta bellica  
Batauorum,

Batauorum, & Lusitanorum ex erebris ad Sinum Hainanum naufragiis piscantur permulta, & trimeses centum in perpetuo ad pugnam prociectu, formidabilem tunchinensi vsque ad d. fecere, vt modesto contentus, nec ita constanter impenetrabili tributo, vexare illam omiserit. Cocincina situm planities facit Orientem versus in Sinensem proterisa oceanum, illinc vnueccimo ab gradu, Regno Ciampæ ad austrum confinis; ad decimum septimum prouecta Tunchino iungitur, occupatque in longum milliarium circiter trecenta sexaginta, ob eius aliquem ex aquilone in argentem flexum: latam faciunt quidam milliaria viginti, alij quinquaginta, forsitan rectè vtrique, sed diuersis ex locis eam mensi. Excessorum montium vallum perpetuum illam soli beati planitiem à vasto ditimit & horribili deserto, quod ipsis cum montibus, Cocincina sunt appendix ampla, sed prope inutilis; desertum quippe in milliaria ducenta sterile, purumque sabulum; montes agrestibus frequentes, & barbaris incolis, sed libertatis ita tenacibus, vt se suæ quisque in qua natus est rupis, aut syluæ dominum ostentans ne Regi quidem Cocincina tributum aliud præter amicitiam solam pendat, quod nihil ab ipsis præterea inter illos montes nisi damno maiori & sumptu quàm lucro possit exigere: at illa montium feritas, & hominibus ac feris inuia deserti vastitas Cocincinam & Tunchinum, ab armis Cambogæ, & Lao regnorum confinium egregiè defendunt, præstantque iis idem sed abundantius quod Ægypto Nilus fecunda camporum irrigatione; præter portus quos magno numero immisissis per transuersa plana in mare fluminibus efficiunt commodos, sic vt plaga vna leucarum viginti, seu portus, seu ostia, seu receptacula nauium numeret sexaginta: illa verò aquarum eluio quæ totam operit Cocincinam in autumnum cadit: nam quod celo torrenti subiaceat, suis propterea non caret habitatoribus, vt nimium facilis antiquorum argutabatur credulitas; suas habet quatuor anni vices. Vrit certè illam ardenti sol æstu rectè illi imprudens, dum ad nostrum, eiusque tropicum progreditur & redit. Vbi verò accedit propius ad circulum æquinoctialem, tunc montes primum mitibus pluuiis infandi, post aquarum vim tantam in subiecta deuoluere vt oppleri lacus & fluuij omnia inudent, eluione denique semper noua confusus mari aquis Cocincina omnis, pars Oceani fit: quæ per triduanas pluuiæ inducias cum paulum remiserit, ruptis iterum, & quarto, & sexto lapsiusque subinde induciis debacchantium imbrium luxuries diluuiis totidem latè omnia per autumnum mergit. Quod tempus incolæ conuiujs mutuis, vestitu florido, omnique hilaritatis genere celebrant, & circumbeunt inuicem nauigijs, inuicem gratulantur, ipsoque sua cum aula Rex lætitiæ agit potissimas. Exin nimirum restingui æstus violentior, spirari aura iucundior, cælum aquilonibus serenari; fecundari solum conceptu tam vberi, non ex aquis modo irriguis, sed ex pingui limo post aquas deside, vt messe

triplici

triplici annum ditet; quanquam hæc ipsa felicitas, vltionæ annonæ faturos incolas, infelices facit & ab omni artis necessariæ labore alienos, hanc enim haud rarè inertiam autumnī siccatas fame toto regno lethali castigat, quodque deterius est refertur interdum sacrilegè in Christianos, id infortunium Deorum strage commeritos. Ad hæc dum aquæ nauésque omnia obtinent, commoditate incomparabili quoquò versum lignorum immensa pondera mittuntur: est enim lignea domorum omnium materiatio, & columnis altè supra notam mensuram eluionum suspensa ligneis. Ducunt hæc ligna suis è montibus, scapo æquabili, & procero recta, vltra modum crassa, rotunda tamen & veit in columnas nata. Horum duplex genus eximum, alterum nigrare ad ebenum accedens; rubescens alterum, insignè vtrumque, duritie, pondere, & soliditate, humido & aquis inuicabili; vtrumque cuiusvis cædere volentis arbitrio liberum. Partes ædium componunt tabulæ, sed quia lubet auram frigidam capere, ductiles; æstate quin etiam mobiles ad substituendas earum loco reticulatas ex arundine quæ dum arcent aspectum, frigus excipiunt. Fecit quoque ad alacritatem diluuij lex prudens, quæ animalia vndis intercepta, addicit primo occupanti facitque dominos in subducentia iis prouidentiores. Scaphas mille videas huic intentas venationi aquatili, tùm domi lætas cum amicis ex præda epula, agitates: nec minus quam terra frugiferum mare; soluunt quatuor ante noctem horis quotidie piscatorij lembi innumerabiles, post solis occubum onustis piscibus reuertuntur. Æstimari vix possit, quantum pecuniarum inuehant Iapones, Sinæ, Macaum, Philippinæ, Malaca, præter contemina Ciampam & Tunchinum; his situs opportunitate, & opulentia mercium emporium celebre præbet Cocincina; sericum profer Sinensè crassius, sed abundantius, durabilius, & minus operosum, quo vbi naues illorum omnium implet, habet quo suos rusticos, & bubulcos sœtico vestiat quàm lana, & quouis alio vilids. At mædines est duplici, quæ vt cariophyllum Molucis; Banda nux odorata; ita Cocincinæ est peculiatis, & propria: de altera subinde aliquid cernimus in Europa; describunt alteram auctores oculati, & multi, & integræ fidei; lignum Aquilæ priorem & Calambæ vocant, duplex vna eadem ex arbore; adultum, Aquilæ; annosum Calambæ vocabulo; vtrique pretium benefica cerebro, & mira ponit odori fragrantia, debilior viridi, & adolescenti; senili ac propterea Calambæ fortior, decrepitæ verò vehementissima & maximè diurna præfertim si teredinem senserit, modo nodis vigeat intactis, vepore nativo imbutis vinctuoso, ex quo illa expirat odoris præstantia: abundant Aquila ij montes, quos Moi appellant, habentque diximus promuro inter solitudinem vastam & regni frequentiam, licet cuius hæc ligna recidere, licet arborum illarum grandia corpora in strues congerere, quæ per illos portus non magis veneunt, transuectæ in Indiam centuplo

30.  
Lignum  
Aquilæ, &  
Calambæ.

centuplo emuntur, maximè à Brachmanis, qui sibi ex iis rogam parant, quo pretiosius post mortem crementur. Calamba Regibus intacta seruatur, nec indagatur nisi magnis difficultatibus & periculosis, tum quod beneficio aditus inaccessi cælorum manus exit, & in iugis montium inuis senescens in Calambam ex Aquila euadit; tum quod ventis frustatim decussa, vel senio, in acumina incidit rupium, aut valles tigribus, elephantis, & leonibus infestas, quare libram Calambæ Cocincinensès quoque aureis sedecim facile coëmunt; Iapones ducentis, & si fingendo ceruicali sufficiat etiam quadringentis, ego multa dùm verso ex iis regionibus perscripta, multos competi Reges ceruical ex Calamba pro deliciis habuisse, quod eius odor & mirificè delectet, & cerebrum magnoperè roborer. Mercem alteram Europæ ignotam penitus nidi efficiunt auicularum marinarum: in Regni extremis quæ Ciampæ obiacent, mare frangunt innumeri scopuli cum horrendo aquarum fremitu: hanc nidis ponendis securum recessum sibi aues legerunt hirundinibus haud multum absimiles, eodemque cum iis indicandi ingenio; mittunt enim ex ore viscosum quiddam & saxis affigunt, lato tamen vt hirundines non miscant, sed marinæ spumæ quam carpi ab iis, & cum eo tenaci qui stomacho illorum innascitur humore confusam, in nidi fabricam rostro iaci. Hoc verò quicquid est in eam nidi firmatur duritiem, quæ oua dùm fouentur, & pullos tu. o sustineat, quibus exclusis & cælum mutantibus, barcas vectorias hu nidis indigenæ onerant. Coloris sunt viridis flauo mixti, pellucet, aqua diluuntur, saporem referunt ex compositione quadam aromatum indeprehensa mirabilem, qui solus omnia ciborum genera exquisitè ad gulam condiat. Huius sunt appetentissimi Iapones, & Sinæ, crebrisque itinerariis, aromatariam mercaturam his nidis faciunt. Hæc de ingenio cæli solique Cocincinensès pauca, paulò plura vt feret occasio; nunc de Societatis in eam ingressu, & fundati in ea Christianismi primordiis.

Ex Prouinciis quinque diuidentibus Cocincinam, nobilitant maximè Cancianam nundinæ quadrimestres. Portum illi efficit duplex sinus quem mare leucatum quatuor spatio perductum loco iungit, nauibus ab austro, & septentrione opportunissimum. Assueti loco Iapones, & Sinæ, bona Regis cum venia urbem statuere, quæ vno ambitu duas portus iure, legibus, moribus, Præfectis diuersas videtur complecti ciuitates Iaponiorum, & Sinarum. Commerciorum facultate contentis Lusitanis ædificandæ urbis solo vti non libuit, nec suburbicariis circum leucis quatuor quas vltro Rex iis benignè detulerat, eum nisi octidui nauigatione Macao non abessent. Eo transactis nundinis eum redirent, tam multa Patribus narrabant de benè morata Cocincinensium indole, fida, in rectam flexili, externis perhumana, & facili ad permittendum cuique nationi patriarum legum ac morum usum; ceterum cupida, quod erat præcipuè optandum, intelligendi si quid

31.  
Nidi auium  
esculenti.

32.  
Ingress. Soc.  
in Cocinci-  
nam.

Y y

ignorasset, paratâque id notis maiorum institutis præferre, si præstantius iudicasset. Auidè spes tantas diuinæ gloriæ bibebant nostri, sed quærebant qui factum igitur ut eò profecti ex variis Ordinibus, & Clericis, nullo sui relicto vestigio; mox inde obiissent cemptis clericis quos fœda memoria diu fecit ei regno inuisos: & fuit tam effrons qui suo per totam Hispaniam Orbis itinerario vulgaret, Regis filiam à se baptisaram, cum illustri cohorte Principum feminarum, se verò ab ea sanctissima scilicet Principes sui & Sacerdotis, & formosissimi amore capta interpellatum de nuptiis, & gerras huiusmodi fingi faciliore quam in lucem edi. Suggestunt mihi veteres tabulæ primam illuc Macao venisse Patrem Franciscanum, nec ibi hæsisse diutius quam onerarias Macaum referrent Etesij. Duobus præterea Macaensis eisdem cœnobij, planè idem factum superioris seculi anno supra sexagesimum quarto, & quod interprete careret re infecta coactos discedere, matrona dumtaxat illustri, sacro fonte lustrata. Anno demum post hæc duodecimo, duos item ex S. Augustini familia tribus aut quatuor baptizatis ab irato pulso Mandarinò eiusque militi nescio quam à famulo suo illatam iniuriam insontes iuisse. Sic desistuerunt colono agrum nostri aggressi sunt vertere, quod ne longa differre procrastinatio urgebant literæ Præpositi Aquaviuæ quibus ardentè hortabatur vndecumque spes prudens inuitaret ad conuersionem ob rerum petiti operarij mitterentur. Urgebat & fauor, Indiarum Præregis, qui audito de Cocincinensibus iuandis Francisco Vietæ, non modo illum ad opus animauit, sed vectigali regio Malacensi, annum pensitationem tribus alendis operariis indixit, quanquam ex his speciosis indictionibus ne obolus quidem expressus est. Postremo nostri ex Iaponiæ exules appulerant Macaum, quò deliberata in Christianissimi excidium Daifusamæ rabies illos expulerat; & Iaponibus Christianis in Cocincina degentibus magno erant futuri præsidio; & descendis lingua Iaponica Ethnicis. Hæc dum nostri prudenter en adit Macaum, sua cum oneraria redux Fernandus à Costa Christiana virtute, & animi robore, etiam apud Indos clarus; naui exscenderat fortimque ad Manuelem Diaz Collegij Rectorem detulit habere ab Rege Cocincinæ enixè iniunctum, ut Patribus aliquot persuaderet illos nauigare, rogauit maiorem in modum, tam æquo Principis desiderio satisfaceret, & nobis ob vtilitatem Ecclesiæ plurimum expectando, nec plura, & iam Macai Deus in procinctu tenebat cui prælarum id opus aptè committeret Franciscum Buzomium Neapolitanum; quo Theologicum pulpitem tam pridem cupita expeditione illa mutare monitus, respondere nisi vberibus lachrimis nequiuit præ magnitudine intimæ voluptatis, voti compos effectus, quod diu calauerat, ratus à Deo munus Apostoli magis expectari, quam ab hominibus peti optere. Huius egregio ardori duris exiliis, & perpeffionibus accepto ferenda est Ecclesiæ illius fundatio, conseruatio, progressus & ortus

Christianissimi

Christianismi Tunchinensis. Additus illi est socius Iacobus Caruallius cum Iaponiis duobus Catechistis, & Fr. Antonio Diaz in quo breui post, condignè moribus reiecto ab Societate Deus exemplum terroris edidit. Caruallius anno non amplius in excolendis illic Iaponiis posito Iaponiam vnde fuerat proscriptus reperit, vbi postea morte pro Christo pretiosa damnatus, gelidis in aquis extinctus est, nunc anni principio 1615. Macao cum soluisset, ad diem eius octauum decimam Tarone in portum subiere, celeberrimum illud quod diximus Prouinciæ Cocinæ emporium. Illic suos Camallius dum obit, & renouat Faifenses Iaponios culturæ penuria, sui ac Dei tantum non obli-  
 tos, totus erat in sua Cocincina Buzonius, & iis cognoscendis quæ prospiciebat eius conuersioni profutura, ingenio, moribus, vitiis, licetiorum ritibus & doctrina, ex quibus confecit Cocincinam gentem esse ex Iaponia mixtam, & æqualiter vtrimque temperatam, nec totam in literis, & (vt Sinæ) & bello ignauam; nec prorsus ferocem (vt Iapones) & in armis totam; statura pariter his maiorem, illis inferioriorem, Cognouit illic academias haberi, & gradus literarum, cuiusque meritis, probatione variorum examinum assignatos; seruari præterea reuerenter Philosophorum veterum quædam autographa, de moribus, religionibus, politicis, diuinis, de orbe condito, de animorum post vitam hanc sortibus, de Spiritibus & Diis: linguam iis duplicem in vsu esse, vulgarem alteram, & vernaculam, peculiarem alteram Literatis, velut apud nos fuerit Latina: illam characteribus ter mille, seu quod idem vocabulis variè accinendo, & pronuntiando significationem indere omnium quæ vulgò occurrunt. Sed intelligendis libris frustra det operam, quem illa quam diximus characterum Sinensium infinitas fugerit, quibus etiam vitur Cocincina, sed diuersè ab Sinis pronuntiat, vt hieroglyphicæ imagines, eadem cernuntur ab omnibus, sed sua quilibet significatum earum lingua effert, licet aliis ignota. Sermo denique à peritis locupletior Sinensi iactatur, sonantior, & recitationi musicæ propior. Iam impedimenta sementi Evangelicæ obstituta haud paulò plura quam in Sinis, dempto illo Sinarum vafano aduersus externos odio, florebat vbique idolorum cultus; ancillæ vxorum, virorum eadem concubinæ, earum numerus prærogatiua magnificentiæ; familiaritas dæmonum etiam ad spectabilem, iuris quidem famulam præbentium operam; pueris & feminis nefariè confuscantium, hinc se Buzonius facillè diuinans quanta mernerent pericula, quam atrox dæmonum vincenda rabies, regni sibi deuoti propugnantium tranquillam tyrannidem, sapienter prouidit singulari sibi Christi fiducia armandum pectus, & generositate animi supra morem robusta opemque à Deo præcipuam tam arduo operi enixè flagitandam. Dubius verò quo maximè habitu deberet incedere, animaduertit cuique liberum relinqui vt patrio suo, vel quo alio mallet vtretur, & idolorum sacrificos Onfaios tam distincto à nobis

Buzonius  
 eo mittitur.

indui vt de nouo ab iis discrimine vestium, non esset nostris laborandum, indigenæ quidem abollas gestant amplissimas quinque aut sex, diuersi coloris singulas & manicarum laxitate notabiles, sed eas è serico tam subtili, zona deorsum fissuris aperta tam multis, vt ante renui, vel incedentium motu ventilata, colorum veneres exerant varietate eleganti oculis blandientes, Similiter feminis, quanquam mulra & ipsis cyclade stolis, philocosmum ingenitum non deest in ostentandis coloribus vestium diuersis, vltimam enim quæ longo sylvæ humum verrit, aliis atque aliis operiunt palmo semper ad quintam & sextam breuioribus, ne vllius color & elegantia sub alia lateat. Totes in tergum præterea capillos fundant, sed nec tondentur vnquam viri, ex quo Sinatum imperium excussere, siue vt se ab iis secernant, siue vt illos detideant tam sollicitè curiosos de colligendis ad summum verticem in tutulum crinibus; nudi tibiis, & pedibus, dumtaxat plantis si cui libuerit, subiiciunt soleas quas globuli quatuor dignis interiecti, pedibus adstringunt, Mandarinorum & Literatorum cultus est grauior. Nigram Damascenam variis vestibus superponunt, corporula ad collum & manicas prætextam fascia; caput galero tegunt, mitræ sacræ haud multum ab simili vestem longo vsu nostris in Oriente iam familiarem Bonzonius retinuit, diluti cœruli gossipinam tunicam, sed nudis planè tibiis, & pedibus tum ipse, tum eum secuti ambulant, quod ea quas dixi soleæ insuetis gressum maximè impediret. Orisam ad victum incolis communem adhibuit, aqua simplici tandem maceratam, quoad carpi baccillis duobus possit quos pro fulcra scitè ac facillè assueti, ægrè alij & molestè mouent. Ac mirum nobis iute appareat, Cocincinam, carniū copia & pisce abundantem, per sua orisa omnia spernere, & in conuiujs etiam, quæ crebra instruant, & ferculorum delitijs valdè magnifica, caput cœnæ orisam iis esse, primam famem orisa eos conficere, reliqua omnia fastidiosè ac velut gustando, carptim vellicare, damnent sanè Medici orisam coctionis in stomacho duræ, quater quotidie illa vescitur Cocincina.

Sed Buzomium angebat magnoperè linguæ & interpretis defectum quem etsi præter opinionem denique inuenit breui tamen licuit consuetudinerariæ Indorum & Macaensium Turonem ad commercia ituræ, interdum Clericos & Religiosos Parochorum vice veheb. ut secum, qui per eas moras interprete vsi, abucos baptizarant, verum interpretes à lingua Lusitana omninò nihil sciens præter alucos numerorum nomina mercium, pecuniarum & negotiorum, iubebatur solum ex ethnico petere, an esse vellet Christianus; annuente, mox baptismus dabatur hinc multa sibi Bonzomius pollicens, simulque ab eo quem natum erat interpretè tantum Lusitanicè perito quantum erat necesse vt is ethnicis Bonzomij sensa exponeret, & suam vicissim Bonzomium doceret linguam, per eum illos qui dicebantur baptismo tincti, cogare cepit quid crederent, nec vnum in multis reperit qui nosset quid sit

Christianus.

Christianus, quòve differret ab ethnico nedum qui posset de myste-  
riis fidei respondere, cuius rei causam apud se meditatus, longè ab  
omni coniectam suspicatus est de animo baptismi ab histrionibus in  
scenam ridiculam deformati; cuius vt fieret certior, agentes ipsemet  
dam spectat, personatus in theatrum prodit Lusitanus, & multa nu-  
gatus quærit ex puero quem secum ducebat, an esse vellet Christia-  
nus, annuentique, ergo, inquit, sub; & capacem illi quem sub veste  
aparat, ventris alueum pandit, subit in eum nudos puer; sexcentis  
histris de granditate illa sua ridiculis, motus spectatorem, denique  
puerum coram parit, conuersusque ad illum abi ait, iam Christianus,  
es, in quibus Buzomius notauit verba quibus illi quos dixi Sacerdotes  
petebant ab ethnicis, an vellent fieri Christiani? aliud non sonare nisi  
an vellent fieri Lusitani, mutato videlicet nationis animo non religio-  
nis; Lusitani renasci, & viuere, nequaquam Christiani. Explorandis  
igitur ethnicis an Christo cuperent nomen dare, ante omnia formu-  
lam concepit ex qua illis disertè constaret Christiano quid esset creden-  
dum, tenendum, seruandum quàm constanti execratione vitandus ido-  
locum cultus, & vitæ prioris improbitas æternum abdicanda. Inde  
animum vertit ad Christianismum in iis emendandum, qui præter ba-  
ptismi speciem de illo nihil habebant. Parandumque gentis idioma  
inuito labore, & vigilatarum noctium sumptu grauissimo: quod illi  
vtramque fortunauit diuina benignitas; suauitate morum erat amabi-  
li, & religiosæ consuetudinis affabilitate, decori Sinensis obseruantis-  
simus, quod Cocincinenses etiam in quolibet requirunt qui nolit au-  
dire agrestis, & barbarus; ad hæc memoriæ felicitas, cum excellenti,  
quod rarum est, ingenio coniunctæ, quo præsidio linguam breui asse-  
cutus est multitudine vocum, proprietate accentuum, & sonorum  
varietate impeditissimam, eiusque sibi grammaticas regulas, & com-  
modum lexicum concinnauit. His dum incumberet priuata interim di-  
ctione cum suo interprete ad dicendum publicè comparabat sese, re-  
petente isto confestim & coram verbis maximè propriis Cocincinensi  
lingua, quod is Lusitanè pronunciauerat, quæ tamdiu prius exerci-  
tatio quam in publicum se daret, tenuit, vt videri posset timidus po-  
tius quam cautus at desisset ab ea citius, in procliui erat vt Christi  
annuntiator vera, falsa populum duceret interpres, quo ad hoc in-  
terea utebatur dum linguam haberet ita expeditam vt neque accentu,  
nec prolatione fallere posset auditorem, quod in homine accuratissi-  
mo religionis necessariæ metus fuit, non superuacanei scrupuli, cum  
æquè pronum nihil fuerit, quàm vt vocem illi notissimam, fallente  
lingua pronuntiandi modum delictiorem, in contrariam verò, signi-  
ficationem corrumperet. Sed has moras cautæ festinationis pensauit  
Deus intra paucos menses, messe annorum complurium, Turone Ec-  
clesiam statuit ad forum mercatorum; baptismi sacra, die Paschæ so-  
lenni celebrauit, decem ritè lustrauit solos, sed virtutis magnitudine

31.  
Error in  
bapt. defectu  
linguæ.

multis pares ut vel uno in puero patuit Augustino qui Patrum obsequio se ultro mancipans primus fuit inter Cocincinenses, & Tunchinenses Catechistas quorum virtus magnanima carcere, tormentis, & mortibus Ecclesiam illam magnifice illustravit. Tunc primis adhuc hærentem radicibus non dubitavit Bonzomius succutiendam à Dæmone, ut prius quam coaluisset eam à Christo reuelleret, quare illos præuertens imperus, Sinoam se contulit aulam tunc regiam Tunchino confinem & Regi conspectu, modestia, & sapientia tantoperè placuit ut eius omnibus postulatis prolixè annueret. Postulauit autem fieri sibi potestatem in eius regno commorandi, veri Dei legem in eo promulgandi, & constituendi sacras ædes, in quas conuenirent Christiani, quibus ab Rege solenni diplomate, liberalissimè concessis solumque insuper ad templi fabricam in ripa fluminis Turonem spectante Cechianum transiit Prouinciæ illius primariam, ubi hospitem nactus est nobilem ethnicum, Christianæ matronæ Franciscæ nomine germanum sed more patrio Ioannam matrem ex filia dictam eiusdem appellationis. Illi ante annos triginta baptismum contulerat Franciscanus, hinc eremita S. Augustini. Ea in vrbe Bonzomius ad populum dicens de cruciatibus sempiternis in quos veri Dei ignoratione ab iis raptabantur quos veri Dei adorabant loco, alij quidem caelum, nonnulli veterem eius dominum regni; idola reliqui dæmones & idola; qua oratione vrbe commouit, ut in ea trecentos exiguo tempore haberet discipulos quos aquis piacularibus renatos, elegit Christus in fundamenta eius Ecclesiæ anno seculi huius quinto, & decimo, Cocincinensis missionis primo, quorum faustis aut secus narrandis successibus annorum sequemur ordinem; nunc stationum Sinensium Christianos progressus nunquam ante tam faustos reuisamus, infaustissimo omnium & immensissimo turbine in ruinam actos nisi nos præpotens Dei manus in Sina reuocasset unde nos impotens Mandarini furor exilio irrevocabili exterminauerat res est relatu paulò prolixior, quia variis casibus inter puncta, sed tristis ubique, & lamentabilis. Accessiones ethnicorum ad Christi Ecclesiam copiosa in Prouincia Cechiana, eiusque Metropoli Hanceo ortus habuere tam diuersos, & inter se pugnantes, ut eorum admirabilitas numerum superet, & gratum fuerit opinor harum vnam aut alteram legere. Erat Hancei Doctor Michaël (eximius ille propagator fidei, & defensor) sed in conuersione aliorum felix, infelicitè laborabat in expugnanda pertinacia idololatæ vxoris, ceterum feminæ virilis iudicij, sed quæ idolis & Bonziis ad amentiam adducta, nullis rationibus mariti persuadebatur melius sapere, exhauriebat sese in Bonziis per nuncios, & largam stipem frequentandis, quorum flagitia vitæ asperitas dissimulabat fuce sanctiori, & quod erat in ea obstinatione præcipuè dolendum, filios quatuor totumque suum gynecæum in eodem secum errore obfirmabat: at hoc demùm anno Deus illam cum suis quos secum perdebat mariti precibus donauit. Hanc enim

33.  
Matrona per  
Dæm. ad fi-  
dem conuer-  
titur.

enim femina iniecit dubitationem æquè pronum esse suos Bonzios secum falli, vt cum suo coniuge Doctores magni Occidentis: esto, illi numero vincerent, sed isti doctrina, & sapientia, dùmque ista inuicem committens, & secum litigans extricare se tam graui ex dubio non valet, modum eius soluendi quod pessimum potuit pro optimo legit; idola conuulsi ac ne Dij quorum agebatur causa, sibi mendacio cauerent, sic ab iis quaesuit explicandæ viam dubitationis, vt nescirent responsum qua de re eederent. Vtitatum est Sinis oracula dæmonum scitari, & reddi vt cuius libuerit voce quidem aut nullo apparente formata in aëre; aut in ore arreptitij consulentis; scripto autem, suspensio penicillo quem prius tinxerint, & subiecta charta cui dæmon penicillum ducens responsum inseribit postquam veneficus incantamenti artifex, verba solennia præfatus fuerit. Et narrabat Doctor Michaël mirum visu, sæpè inter amicos versatum dùm alius alia penicillo pendente quaeritaret & acciperet responsa; accedente se propiùs, penicillum stetit immobile, nec vlla venefici cantione ad perficiendum responsum cogi dæmonem potuisse, iussum autem à se in cæpto pergere illudque absoluere, obtemperasse illic & penicillum mouisse. Semel quoque ab se diuino compulsus imperio dicere, cur præsentem se siceret muta manu, & callus viribus? aliàs de secta idolorum quid esset sentiendum, ad primum scripto respondisse coacti silentij hanc esse causam quod quòd esset Christianus, ad secundum idololatriam præter mendacium nihil esse. Ergo prudens mulier certum sibi volens oraculum in quo deinceps conquiesceret animus, desineretque in perpetuum v. cillare chartam inseribit syllabis duabus Ciu, & Tæ. Illa Dominum (cæli nempe) qua Sinæ Christianorum Deum, ista qua significant idola; mandat seruo fideli clam pergat ad famosissimum illic mantem, spiritum idoli nominatissimi per eum interroget, singulare ad singulas syllabas & distinctum oraculum exprimat, sintque responsa etiammodi vt iunctis sententiis omni se in posterum quo iactabatur angore liberent: scierit, necnè Dæmon quæ res ageretur, Deo certè per suum angelum cogente, voci, Deorum signanti, responsum subiecit in hæc verba [quando animo discruciabatur & perplexam mentem sedare non poterat; pœniteret illam peccati sui, & illud doleret; dñertum iniret ab ea quam tenuerat antea viuendi normam, magnam sibi exinde polliceretur charitatem; voci alteri verum significanti Deum hoc oraculo satisfecit, irent inquit, vxor & maritus ambo eadem via, futurum vt inde magna potirentur charitate, & multis simul cum ea bonis] hoc ad se mulier oraculo duplici, tam aptè ad votum mentemque allato cohortuit, tanquam vocem audiret cælo missam, & religionis quam professus fuerat maritus iam secuta, suscipiendo illius pignus egregium ad Deum præmittit, quicquid penes se Deorum habebat, eueritum, confractum, proculcatum in cloacam proiecit, dignam diuinitate illa sedem. Exin cum filiis quatuor, & familia vniuersa,

34.  
Timet Dæmon Christ.

uerfa, Christianis mysteriis diligentissimè erudita festo corporis Christi. Lustrali fonte purgata est, gratulantibus illi sibi que Christiani singularem hanc Dei beneficentiam, & viro potissimum diuturni tandem desiderij sui & precationum beatos exitus extraordinariis gratiis, & lætitiis prosequente, mox enim flexis ad aram genibus quam donum Patribus vtendam commodarat, clara voce ac palam tunc eis donauit, sacellumque in ea breui post ad Christianorum cæteris sacros supellectili, & ornatu instruxit. Non ita insolens, sed magis pauendum quod et si reo non profuit, sed Cathecumenum vacillantem in proposito stabiluit. Christianus, vt erat solenne, cum ethnico agens amico & sene de Deo & æternis, perpulerat hominem vt docentem audiret Cataneum à quo sensim & probe paratus baptismo diem dixit; vxor furis acta, & desperabunda sic miserum versauit prius quam esset baptizandus vt eum in cultu Deorum secum retineret, et ne pudor fallendæ quam dederat fidei vetaret à proposito resiliere, pulsanti amico vt senem ad sacrum fontem deluceret scelestæ mulier occurrit, dolores excusat quos tota illa nocte vir erat perpressus gravissimos; ij vt remitterent, non redituras tam citò vires quibus doleretur progredi; non posse se diutius ab illo abesse, sub hæc fatescens tam præceps occludit, & similis verè festinanti vix vt amicus salutem mandare per auolantem potuerit; tunc marito, gestiens Christianum lepidè ab se lusum, surge ait amici securus. Ego illum in longum distuli, dies interim stropham suggeret aliquam, quæ tum honorem in tuto ponamus: at enim flagitiosa femina euentu nimis verò sacrilegum luic mendacium, quos sinxerat marito cruciatus, ut verè correptus triduo moritur, semet ipsa inculpans, & homicidij ream frustra vocans, Christiano fraudem quæ ludificatus eum fuerat, & fraudis pœnam aperuit. Quod et si nequibat marito prodesse, Cathecumenum eius vicinia nutantem tam salubri metu extimulauit ad baptismum vt eius gratia cursu ad Patres procurreret, deinceps hoc idem in exemplum proponeretur similibus quos importunæ cognatorum & Bonziorum artes, à Christianismo deterrebant. Progressus inde Cataneus vt quotannis solebat suos Sciamhai reuisit Neophytorum impertinuitque diuinis mysteriis, & præsidij augendi feruoris: Ethnico Christo adiunxit quinquaginta; sed messium copiâ vberior cæteris Prouincia Nanciana, non tantum numero, sed sanctimoniz splendore, multos vicinis ex urbibus exciuit ad spectandum, qui gestorum vi, quam fama fortius expugnati, auditores se Cataneo dabant, ritèque expiati fidem quam haulerant, latè in suas patrias diffundebant, propagaturi multò feliciter nisi spes tam lætas in medio cursu tempestas obruisset. Cenchianum tamen in his infortunis fortunata

35.  
Chiencianū  
Euang. in-  
fertur vt mi-  
nimè.

Euangelium hoc anno suis mœnibus excepit, & ferè intra mensem suorum ciuium centum, & viginti, futuri pignora baptismo obrulit. Vrbs est Chiencianum ampla, sic cœli & soli temperie, amcenitate,

delit.

delitiis, feracitate, & salubritate si qua in Sinis eximia; proinde optimatum frequens & voluptarius secessus. Aquis vndequaque viuis abluuntur, lacubus exiguis duobus, & flumine, cuius ripas in longum planumque distenta occupat; cingitur modicis collibus qui paulatim assurgunt in montes sed minimè horridos, aut si quid in iis syluosum, arte manumque emendatur, aut varietate oculos oblectat. Ciues Europeum magis sapiunt quàm Sinense, ore, genio, moribus, nobilitate animi, mitè comes, & vbi gloria inuitet magnificè sumptuosi; ceteri de cætero & supra modum politicè periti. Iis ab honesto & graui mercatore, prima veti Dei affulit scintilla: profectus siquidem Nancianum negotiorum causa videre Patres & alloqui studuit, homines è mundi finibus aduenas, vi posset in Patriam reuersus de iis narrare, illos describere, & rerum peregrinitate amicos vt fit delectare inductus igitur ad illos à familiari quodam suo, vt ex iis de vno & vero Deo, de falsis nominibus, pœnis æternis & præmiis audiuit, horrore subito correptus non illa quæ captabat noua, sed ruptum de cælo tonitru insonare auribus credidit, proiecisti que negotiosis curis tanquam furilibus cœpit diuinis se prorsus tradere de quibus edoctus plenè Baptismo renascitur annos iam natus sexaginta, tantisque vnà delitiis animi cumulatur, vt redux Chiencianum beatitatem vitæ Christianæ deprædicaret perpetuo, fungereturque Apostoli munere cuius in Baptismo acceperat nomen Bartholomæus appellatus; ac ne aliunde quàm cœlitus suppeditari illi crederes quæ docebat, homo scientiarum rudis, & illiteratus, nobilem Literatum suis illis primis conatibus, errorum reuicit, fecitque vt etiam Nancianum adiret, vbi Christiana institutione amplius imbutus, Stephani nomine, inauguratus est Christi Baptismate; inde Cienciani paribus studiis cum senè optimo Bartholomæo iunctis, magnis eam urbem, & præclaris concussit moribus, tumultuante in casum Bonziorum amentia, & iras de cælo obstragem Deorum suorum furiosè mirante, quos ignis, & malleus palam esse ligna & lapides probant. Iamque illic ciues ætate ac iudicio maturi, quadraginta nondum Christiani, viuebant Christianè, Christianorum sibi adsciuerant nomina, dies illorum colebant festos, imitabantur cœtas, in quibus Deiparæ, laudum eius coronam vnà recitabant, legabant aliquod Catechismi caput, musico organo celebritatem decorabant. Postquam verò decem ex eo numero Nancianum, concordi consilio nauigassent, & obseruassent illic duabus hebdomadis Neophytorum virtutes heroicas iis deinde suscepto Baptismo cum redissent laudandis, sodales suos nobili æmulatione inflammant: narrabant enim mutua inter se velut patre vno genitos charitate, sollicitudine, & amore iungi; diuinis, & æternis curis nihil anteponere; ad sacra leucis interdum octo, noctu, & pedites, per omnem cœli iniuriam accurrere, etiam viros graues si qui admitterent, dignum licet excusatione & venia, pœnam sibi publicam poscere; flagellis, cilicio, ieiunij assiduitate (quod Sinæ ferunt ægerime) in seipsos sænisse, gloriabandos quoque damna, & contume-

Quàm potes  
Christian.  
exemp. ad  
conuerseth.

lias narrare soliros quibus odio Christi, affecti essent ab ethnicis; horum sodales admiratione, invidentesque illis tantum boni, communi nomine ad Patres destinant qui sibi aliquem peteret, à quo non modo fierent Christiani, sed Nancianorum documento sancti, qui missioni praeerat Ioannes Rocca, eò iuit & Frater Pasqualis Mendezius Sinensis: Sacellum amplissimum instructum ornatum magnifico inueniunt, ubi die Simonis & Iudae Apostolorum festo Rocca diuinis operatus initium docendi fecit, exponendique auditoribus Christianismi principia quae cum vno contextu tradi simul omnibus non possent, & nouus perpetuo decedenti auditor succederet, ob sacelli angustias, tametsi capax; eadem scripta erant repetenda, nec audientes forma scientiae perfecta poterant ita frangi, vt post niti seipsis absente Magistro valerent. Fecit hos populi concursus, ardens Stephani pietas, qui fixis per urbem programmatis, [Notum sit, aiebat omnibus, appulisse huc à magno occidente, Magistrum legis veri Dei, quae vitae sanctitatem docet sola, & immortalè animum, in sempiternam felicitatem inducit.] Eam ob rem Rocca sacelli, & temporis exclusus angustias, vt tantum populum mutatis vicibus integre doceret centum viginti ex eo legit, quos acriori disciplina sic fingere, vt possent reliquis doctrinae amissis & exempli esse. Fuere ij ferme ordine Literati; quidam etiam Mandarinum, digni omnes honore & obsequiis, quos accuratissime institutos solenni baptismate lustrauit: nec se intra muros hic Dei spiritus circumscripsit, sed eodem igne per vicina excurrentes, numerosas late in Ecclesias fundebat sese nisi operarij defuissent qui assidua cultura plantis teneris adessent, maiori alioqui damno in verulenta gramina descituris, quam fuisset lucrum ex earum sato. Verum missionis tam prodigae fructus vberimus, & illustrissimus rebus aduersis continetur, quas procliuè fuit etiam crudiores de rabie demonum expectari. Ex Neophytis Chiencianis, nobilitatis luce, & ingenio claris. Vn Matthaum æquabat nemo; Literatorum, ad obrusam multorum examinum inter competitores primum; meritorum promulgatione toto regno, vt fit, nominatissimum, auctumque ab Rege censu liberali, & in procinctu fortunæ celsioris: familiam is secum vniuersam sacris fontibus obtulit, & quæ sancti ardoris fuit palmaris victoria, parentem virtumque annis senes, inueteratos idolis à puero, & quantum in iis obfirmatos tantum à Christiana veritate legèque alienos. Erat Matthaos filius, annorum duodecim qui dum familia reliqua instituitur ad Baptismum, differrebat ab auo quoad esset paulò ætate maturior: doluit puer magnopere, cui consilium, cui obstare non poterat, tentauitque merito assequi, quod suis precibus negatum iri sentiebat; librum ergo doctrinae Christianae cuiuspiam ex domesticis surripit, eumque noctis vnius spatio memorè mandat. Postridiè libro reposito, apud auum dolet excludi se ab iis qui erant propediem diuino fonte consecrandi, se quidem illorum cedere nominari; & missis pluribus ad rem veniretur, prouocare se omnes confidenter ad respondendum de rebus scitu necessariis; hic de se forsitan bonus senex, memorandi vim in puero æstimens, nec putans ab eo tam cito

17.  
Illustr. Christian. Chiencianus, eiusque filij.

percepta in quibus ipse tamdiu laborasset, mœstum ab se dimittere noluit; parenti annuit ut cum aliis lustraretur, sed hac lege, cui satis ab eo fieri non putabat posse ante alterum aut tertium annum; nempe ut se coram, Christianam doctrinam in præsens ad verbum prout mente tenebat scriberet; si ab archetypo, ne verbo quidem hoc est syllabæ vnius varietate aberrasset, baptizaretur sanè cum aliis; sin autem, aiebat, & hoc me perperam flagitares, & ego id tibi peius annuerem, conditionem puer incunctanter admittit quæ scriptio illius peritissimos tenuisset; ac vel ingenij bonitas vel subsidium Custodis Angeli fuerit, Christianam doctrinam integram ex sua vnius memoria sic auo descripsit ut ne apice quidem discederet ab Typis edito exemplari.

De se idem spondebat frater quadriennio nata maior, qui & Pauli nomen, & eum ardorem ex Baptismo tulit quem in vetere Christiano quilibet iure suspiciat. Sed Cathecumenus adhuc è schola rediens, parenti se sistit, & vetat, inquit, Deus domus huius expiationem differri diutius; iubet me omnia simulachra quibus tam diu fœdata est in aceruum vnum congerere, & prout digna sunt habere; hoc Dei Imperium vi tanta sentio cordi meo indici, ut si maximè nolim, non possim illi non obsequi. Extemplo sub hæc, gaudente plurimum parente, admouet operi pulchro manam, & quod ille seruauit ad complenda Baptismi solennia statim exequitur. Domi quicquid vbique idolorum prostabat, aut latebat, deicit, eruit, proculcat, & contumeliæ in illa satur, in rogum sic ea digerit, ut igne subiecto metallica consumerentur à ligneis, reliquorum nec umbra superesset. Sensère acriter dæmones probrosam iacturam, & Pauli sororem viro nuptam aspectabiles terruere, minat se ignem igne pensaturos, & parentis domum acturos in cinerem; quibus formidabiliter peteculsa, misit qui parenti hæc renuntiaret. Sed longè aliam ex iis minaciis tulere fructum. Erat Matthæo hortus, & supremo in horto delubrum, turba statuarum & pulchritudine, magnæ apud vulgus venerationis; iubet Matthæus omnes à famulis in viam publicam raptari, & spectante vicinia comburi, at viles animæ, aut iram dæmonis aut vulgi furias veriti non sunt ausi eas attingere; quare Matthæus, si per vos, ait, comperendinantur, non propterea euadent, intentoque aduersus delubrum digito, sinite inquit, è schola redeat meus miles; domumque intranti statim mandat exturbet eo fano cateruam illam simulachrorum & dæmonum. Vergebat in occasum dies, nec temporis breuitas mandatum distulit. Prodit iuuenis animosus, facem ferens qua incensis statuarum barbis, earum mentum oraque vstulat, & deformat. Pulchriores ad Patrem nostrum mittit tanquã partem venationis exoticæ, alias evertit, nec eo vespere plus vltra die insequenti iubet illas sibi domum trahi, incendi publici breuitatem, priuati ludibrio & prolixitate iis muraturus, coquendis enim in culina cibis diu ignem præbuere. Hic verò tumultus ethnicorum eiusmodi fuit, ut terrere quemuis potuerit Matthæo & Paulo, animis minorem: duo, illa ex multitudine à turmis dæmonum duabus

correpti, ululatus pauendis ciuitatem miscebant vniuersam, ex quo voluit Deus cæcis ethnicis perspicuum fieri, quàm nihili foret aduersus Christianos quicquid dæmonum est, licet ab his adeò contemptim & ignominiosè calcaretur; suos vice versa quàm dirè cultores, & adoratores Dæmon laniaret. Hinc se paulò fufius explicans Matthæus ad vicinos, strage Deorum in rabiem actos, referebat se olim quamdiu cum ipsi idola coleret nunquam fuisse à vexationibus dæmonum liberum, nec potuisse ab iis absolui nisi professione Christiana; quare illis plurimum auctor erat ne iugum illud reorum spirituum diutius paterentur, nec pergerent in exitium animæ, Christianorum Deo debitum honorem carnificibus suis exhibere, valuitque hæc adhortatio apud multos quos Patri dedit auditores. Bonziji verò quos ab initio procerum erga nos, & populi amor inhibebat, ne quas animo coquebant iras in nos effunderent, Deorum suorum clade tam publica & probrosa tenere vindictam nequière: designant illam suo more malignam, & immanem, exerrum cum Rocca renauigaret Naancianum. Tunc apparuere famosa folia portis vrbis affixa, quibus Dei numen & legè sacrosanctam, Bonziorum fœx inuerecunda & impia traducebant; subdebant autem de P. Rocca, dæmonem illum peregrinū eò ex plagis occidentalibus, aduenisse vt ementia sanctitate regnum penitus exploraret, suosque deinde Macaenses armatos in illud induceret. Vocabant Primores ciuitatis in defensionem Deorum & patriæ; diem dicebant quo à Mandarinis publicè peterent pestilentem Christianorum excindi sectam, quæ multis corruptis, impune in plures grassaretur, subsistebant omnes ad hæc formosa programmata, & procerant animo affecti, de iis aduersa inter se iudicia magno strepitu iactabant, cum ecce Paulus ex musæo in urbem regrediens, & ipse substitit, libellum legit, decursisque vix prioribus lineis in illum inuadit, palamque lacerat; festinus inde in alias portas, reliqua eius apographa refigit, & dissipat, dempto quod detulit ad Patrem; cui Pater vera confutatione hoc efficacius quò modestius respondit, portisque iisdem properè affigi per Paulum, & Stephanum, duosque alios audentiores Christianos mandauit. Etubuere scilicet calumniatores, cum teneri se manifestè per eam cernerent, verisque ne nova criminatione, peiora sibi crearent bellum, non modo abstinere, sed refutatis programmatis se fuisse auctores neguere; consultò nihilominus discessum Rocca differre statuit, ne buccinaretur à Bonziis, fuga metum pœnarum, & pudorem criminum vitales, hinc illi tempus datum sodalitates duas cogere pietatis, certis deuotius institutis, quibus Matthæum præfecit, & Stephanum; pronectioribus Baptismi formulam solennem in casus necessarios tradidit; fisisque absente se, complures ad Christum accessuros, sodalities item Cathecumenorum initium dedit; & Magistrum, vt excurrentes subinde illuc noliti ad baptismum paratos inuenirent. His ita commodè ordinatis Rocca, & Mendezius, tandem mœsto sui & incredibili desiderio relicto, miris gaudiis Naancianos suo reditu recreant.

At sanctimonia virtutis plusquam Neophytæ, Nanchinenses præstabant cæteris, & Apostolicæ culturæ affluentius respondebant. Huic Vagnonius instabat sedulo, linguæ præsidio, quam habebat loquendo, scribendoque expeditissimam, summèque elegantem: eius specimem primum fuit, de mysteriis fidei tractatus Christi vita & morte comprehensis, rudimentum quoddam maioris operis, quod post hunc iam pridem editum, volumine duplici in lucem misit: alias eius lucubrationes postea memorabo, quibus mirificè in publicum profuit. Vir præterea religionis magnanimæ, & si qua re notandus, nimix forsitan generositatis. Longobardus illarum Inspector & Præses stationum, Christianismi Sinenfis vocabat hortum quam Vagnonius regebat, florentem videlicet omnium virtutum delitiis, Baptismorum solennium continuata crebritate, & conuersionum frequentia, in quibus nunquam deerant Literati, qui Magisterio illic insigniti ab suo statim regressu in patriam, in Christi præcones mutabantur: alios quoque agebat vis tanta diuini spiritus ut per medium populum simulachra sua ad pedes Vagnonij suis humeris deportarent, adorationem quam iis detulerant, iustis in ea opprobriis vturi; quidam secespitis, securibus, & cultris armatam familiam immittebant ad ea coquinario apranda foco; stupori ethnicis Christianorum vita erat, sodalium maxime quos Deiparæ conscripserat nomine, cui verò venite in mentem vnquam potuisset, feminas pro illa qua tenentur solitudinis lege arctissima ea processuras, vt ipsæ item Deiparæ simul & Angelorum titulo congregationem sibi conscriberent in ædibus matronæ nobilis & grauis? quò se interdum conferebat F. Sebastianus Fernandez Sinenfis annorum sexaginta, de Deo, & diuinis ad eas dicturus: primigenia demùm formosam faciem repræsentabat Ecclesia Nanchinensis, omni genere intimæ in ægrotos, egentes, mendicos, vno verbo omnes; indiscriminatim beneficæ & exquisitæ charitatis, ipsique adeò pauperes & lectos & qualiacumque inopiæ suæ subsidia sibi & familiaribus detrahebant, ne Christianæ in alios pauperes largitatis merito priuarentur, ac si nihil supereretur quod darent, ministerium saltem & seruilem operam ægrotis exhibebant qua in miseros etiam ethnicos efficacissima beneficentia nihil potentiùs Christianismum persuasit, cum se alioqui ab ipsis deserti parentibus solitos viderent, si fastidioso aut prolixiori morbo languere contingeret. Sed multo maiori acuratione inuigilabant salutem animorum, & quisque in omnes sollicito intentus oculo, si quem in fide aut moribus intepuisse animaduertent ad Patrem deferrebant, vt de remedio videretur. His porrò inerat sensus conscientia tam tener vt procul venirent ad eam leuandam leuissimis nec prope culpandis lapsibus, negarentque se vllum posse onus illius perpeti: ad hæc vsus meditationum, voluntariæ afflictationes, & magno gratiæ diuinæ miraculo, irrenuocabile castitatis seruandæ propositum, cuius in communi licentia fœdaturum libidinum constanter assertæ, fuere fortia illustraque documenta. Itémque fidei in Christum immobilis & lætæ, inter vexa-

riones parentum & agnatorum inimicas, satagentium suos à Christo & mouere. Perstrinxit adedò Christianus hic splendor ciuitates etiam longinquas, vt hoc iam anno magnis spebus operarij strenui legerentur: mihi verò hoc Theatrum Christianæ virtutis nusquam videtur in spectatores efficacius fuisse quam mutatione Eunuchorum. Præterquam quod enim Bonziorum tori, & quanto ignauæ, tanto obstinatiois perdidia, stantiosissimi sunt & opum felices. At hi quoque exemplis Christianorum luculentis permoti, sigillatim nonnulli, tum multi, post omnes promiscuè Vagnonium visere, adire sæpè, & colloqui familiariter, de Deo & animo dicentem iucundè & auidè audire, dicuntque ita capere, vt adhuc nescientes, essent iam prope Christiani. Agnoscebant enim vocabantque in preces verum Christianorum Deum, & si quem innotuit à puero linguæ lubricum egisset ad proferendum idoli sui nomen, adnotabatur à cæteris, & dictum emendabat. Hinc nouis in dies professibus vsque eo creuere vt sodalicium inter se conflarent, cogentemque Vagnonium, illic ad se de rebus animi acturus, ne grauaretur interdum in palatium venire: quod vitauit is quidem tanquam grauissimè suspitionibus obiectum; sed non vitauit quo minus à Vitellescho Præposito reprehenderetur quod in conuersione ethnicorum Apostolico fructu nimium indulgisset, attendissetque magis præsentis lucto quam futuris damnis quæ aduersarij mouerant, eius imprudentia proripiti, cum moderatiùs agentes antea placidè tolerarent. Inde verò quod consecutum est nec sinit historia, nec eorum informatio taceti qui missionibus his aut præsumunt aut seruiunt. Cordatissimi viri iudicij Riccius Christianismi Sinenlis sator longa doctus experientia viderat, seu magis diuino vt reor instinctu, non posse in regnum suspitionibus credulum, aduersum inimicum, nouis rebus infensum, legem nouam subite ac nouum Deum nisi dissimulante & tacite, futurum alioqui vt eo pellerentur, fuerat hic item Valignani & Palsij sensus, qui ex officio Inspectoris prudenter id quoque præuiderant. Certi omnia ex eo apta, tanquam nostri negotij cardine vt vel esca vnius curiositatis aucuparemur nobis Mandarinos peregrinæ scientiæ cupidos ad conciliandam per eos Euangelicæ prædicationi gratiam, & fauorem. Senferat idem Longobardus, postquam in Ricci cunctationes ab se improbatas amicè iocatus, iisdem cunctationibus ab eodem subductus exilio fuisset in quod se ac nostros nimium festinans induerat: ac licet sociis, Vagnonio maximè persuasisset hactenus nos in Sinarum regno tam altis defixos radicibus, vt aduersarij nullus pertimescenda nobis esset potentia, suspenso tamen & ipse Pechini & cæteri vbiq; promouebant gradu & timido, vt plus minus libertatis Præfeutorum, & urbium præbebat fiducia, ex quo securior & maiore sequebatur fidei sacræ amplificatio, noui Christianorum cætus, & ij veterum fructus quos modo narrauimus. Sed his malè deceptus Valentinus Caruallius Prouincialis qui nunquam pedem in Sinas miserat, apud se obstinauit abiiciendas in posterum cunctationes Ricci, & vrbano

39.  
Ea felicitate  
PP. immoderatiùs vtun-  
tur.

metus, præferendam in altum libertatem Apostolici muneris, & ministeria; super sedendum iam Ethicis, & Mathematicis; fuisse illa, pontes eatenus & machinas architectonicas, ædificatam Ecclesiam per se consistere, illa deinceps quæ adminiculo fuerant impedimento esse. Hæc ille per literas, in quibus duos habuit inter Sinas suffragatores huius consilij, alterum studio pietatis sed parum prudenti; alterum scopo ut quidem visum est, non satis laudabili, vtrumque non impune. Literis mandata subiecit Caruallius ad Manuelem Diaz iuuenem, & in Sinis operarium ut inspiciendis stationibus nostrorum suas vices obiret; Mandatorum amicitias, aut secus promiscuè habita, mathesim, ethicam, & quauis alia scientiarum crepundia palam proferberet; vsu retineret Euangelij folias, imò quod Paulo, Michaëli, & Leoni Doctoribus grauer doluit, visumque prodigio simile seuerè vetuit à nostris incipi emendationem Calendarij Sinensis, quàm si ab Rege deferretur, voluit recusari. Hæc rebus nouandis dura & præceptis Prouincialis edictio; cui vti similes non forent nobis sub stylum venturæ, quibus profectò faciendis obedientiæ sanctæ cæcitas oculata eò magis cauere debuit quominus cauebat iabentium incogitantia, quæ iis licet inuitis in vastationem tendebat illarum missionum, dum locorum & hominum imperiri scire plura, & voluit, & audere, quàm qui medijs in rebus, & conuersionibus animarum diu versati, certius quid proficit, quid obsit pronuntiant. Iis ergo Caruallij edictionibus sua expectatio respondit, sollicitæ moderationis, & securi metus abiectio, vbi que spiritus ingens ardor, Nanchini præsertim, festorum solennia, cætus sacri, publica diuinorum, & confidens exercitatio, multæque gratulationes tantorum auctoribus bonorum. Mora dehinc atroci tempestate, versòque in turbines, & contraria omnia tranquillo, culpa omnis in vnum collata est Vagnonium, cum essent potius culpandi, qui agendi habenas ei laxauerant.

Quinquam & ipse culpa non caruit rigidioris ingenij quo iure quidem, sed imprudentius saluti studens ethnicorum, inimicos sibi fecerat Bonzios, traducendis assidue propalam eorum flagitijs, quæ causa fuit non minima calamitatum quæ illi conscitæ sunt: videbat scilicet eam luem Euangelio propagando magnoperè obstare, confictis malignè in Christum calumnijs plebem; Mandarinos vti auctoritatis aduersus Christianos incendere; præterquam quod inflictæ iis pœnæ non raro in nos recidebant ut Pechini hoc anno contigit, vbi suorum sequacium cogebant cætus clandestinos, & publico noxios, quò in veneficia, & magica denique exirent: quæ res aulam maximè turbauit, expressitque Rescriptum à Rege quo pœnis grauibus sectæ cuiuscumque priuatos confessus damnauit, sic nostra duo illic templa per aliquod tempus solitaria iacuere. Nanchini è contrario aperte cepit Bonziorum genus quoddam circumforaneum cateruatum prodire, suum turmis singularis proprium, & distinctim schema inter se conditum, compositumque

que ad lartam sancti moniæ ad præstigias reipsa, incantationes, & emungenda marsupia. Pulsi hodie cras iidein aderant, sed ita transformati, vt tanquam valde nouos nec ante conpectos admiraretur plebs stolidã; horum manipulus è squalida & exangui macie collectus (quo maxime Bonzij opinionem pœnitentiæ affectant) sub primam auroram, vrbis compitum occupabant, & sua quisque se lignea cauea claudebat, ad mensuram corporis exacta, & clauis præfixa intus horrentibus. Stabant ad fores, huius socij strophæ duo vel tres, sislebantque populum ad spectandum miraculum prodigiosæ sanctitatis. Denſæque mox circum coronæ sancto sacerrimus lycophanta de fenestellæ foramine monstrabat sese cum cadauerosa sua & afflictissima facie, vnâque illius edens causam, aiebat se post duos labores diurnæ anachoreseos in acuta rope præcellsi montis exantlaros, cœlitus monitum de ædificando templo; quem nominabat Deum nescio quem, aspectabilem sibi additisse, iussisse sibi templum poni, præfixisse mittendis fundamentis diem, vetuisseque prius orizæ granum aut aquæ stillam in os iniicere, aut sonni momentum capere, quàm sumptus collegisset complendæ fabricæ: susfecturos: eius inediæ testem se dare os emaciatum quod cernerent; coactæ insomnia intenta in corpus clauorum acumina. Deo enim iubente, fieri aliud non posse; cum his oddebat fenestræ pessulum; stipem largam metebant à stulta plebecula lepidi comites ædificando templo, hoc est ventribus Bonziorum: iidein sanctæ actores fabulæ sub noctem sua in cauea infaustum vulturem, in commune hospitium reportabant vbi ab Nanchinensium crumena lautissimè; de simplicitate epulabantur falsè & lepidè. Verum his multo alij peiores, de obseruata diligentissimè Christianorum vita & moribus mimum suum agebant, leuandis egentibus, iuandis ægrotis, visendis carceribus, ferendis patientes, gratulandisq; sibi iniuriis in nullo absimiles à Christianis videbantur, nisi quod vbiq; lucrum & pecuniam spectabant; ac Lipni quidem, quod præest Bonziis tribunal, capros, cælos, & multo plagarum cruentos sanguine eiecit extra urbem, sed hæsit Christianis nauus quidam dubij nominis, & suspectæ famæ, ne fortè aliquid prauæ mentis, prohibitatis furo & ipsi fouerent. His ergo in legem Christianam damnis & veteribus in illam Bonziorum odiis Vagnonius, auersiores ab iis concepit animos quàm expediret ab eo exeri, & quos illi suggestit religiosus ardor, sed eo euentu quem præcaueri oportuit. Et de multitudine sceleratorum proritata maturè prospici, velut bonæ causæ effectum improbum: gesta enim scribo, non Angejorum sed hominum, quos vt longè multumque perspicaces, quædam fallunt interdum & fugiunt, & discunt suo periculo quod posteris proſit, maiori quin etiam fortassis compendio notat historia errata bonæ mentis, quam culpas improbæ quæ se vltro produnt viris bonis, quibus eas nosse, vitare est. Quantus nihilominus in Apostolico munere Vagnonius fuerit, annotum quinque & viginti ostendet series, ad quadragesimum pro-

40.  
Specie sanct.  
pecunias captant.

ducta huius aui, & si quem illic patem habuerit, certè non habuisse meliorem.

Non fuere tamen procellæ huius ventij primatij Bonziji, sed Mandarinus Chio Sein nomine; qui eam & conflavit solus, & primus impulit. Ab aula recens Nanchinum aduenerat in Coilegam Lipu; hoc est tribunalis Externorum simul, & Sacrorum electus; à puero quidem idolorum cultor, nunc palmam ambiens inter eorum defensores. Patres ergo natus in sua potestate, tum ratione peregrinitatis, tum religionis, aures vitro Bonziis præbuit; extemplo ut appulit ab eorum aditu Prætidibus; rogant si quid diuinitatis sint, nam se illa gratia indignos, carcinomata illa occidentalium Doctorum cum ea quam tradebant exterminaret lege, tot iam locis diffusa, & pulforum exitio deorum omnia occupante, ut prope iam malum remedio careret: cum autem illius erga nos simulata Pechini amicitia crederent, putarunt precibus addendum pondus quo illum à nobis dimouerent; adiuuant aut eorum sedecim millia in beneficij gratiam annuos; quibus tamen nihil erat opus, nisi ut pridem occultè inimicissimum vehementius inflammarent: tot demum precibus, ieiuniis, & penis spondent se coram diis acturos ut exoraturi prolem masculam ex iis essent, qua impatientissimè carebat, hoc vero tam bellè ab iis præstitum, ut ejus paulò post unicam filiam mors præcox abstulerit. Lamentabatur secum suam orbitatem, cum illuc ab India Brachmanes appulit ex iis quos Iogos nominant, & idololatræ pro sacrosanctis venerantur: hunc ipse diuinis excepit honoribus, & multum indignantibus Mandarinis suas illi vxores duodecim procumbere in genua voluit, ut fecunditate ab eo donarentur. At scelestissimus sycophanta præoccupatus instinctu Bonziorum, filium Mandarinum à diis promisit vnum, sed plures, si cerneretur hoc beneficium emereri, pellendis Patribus extra Sinas, & eorum lege diis exitiali. Non erat impotens idolorum cultor agendus stimulis quò sua pridem sed dissimulata in Christum odia rapiebant, & qui deorum suorum amenti studio, famæ iacturam & olim, & tunc incurerat. Magistro vsus erat in Theologica idololatria suo quodam agnato, literariis gradibus ingenti laude insignito, sed insolentissimè arroganti, quare desperata tot inter millia parium, & præstantiorum prærogatiua doctrinæ & gloriæ, simulatione sanctitatis, ad eam admolitur: caput attondet, cultum mutat, exiit Literatum, in Bonzium vertitur, repente sit sanctus, non ex farina triuiali, & vulgari, sed qui gestatores haberet discipulos, statueretur ab iis in altari, prostaret illic tanquam Deus, adorationibus ethnicorum sacrilegis colebatur, quas illi omnium primus exhibuit quo de hic agimus eius discipulus Sein Mandarinus, qui auctor etiam illi fuit ut Catechismum Riccius confararet; suadenti senex nonagenarius morem gessit capitibus quatuor suo cuidam operi subiunctis quibus totus erat in refellendo illo & deridendo Christianorum vno Deo quem assernerat Riccius, sed eius impias dormitationes, & superba deliria Doctor Paulus tam acu-

41.  
Crudelis,  
ignominio-  
sa, & fraud,  
PP. electio.

minato apologetico parefecit, tantamque par aduersariorum tam dispar auctoritatem addidit Christianis, tantum passim ludibrij, & pudoris tum seni deliro, tum scriptiois socio, nedum consiliario Mandarinis, ut dolore uterque rumperetur. Erat tamen senis execrandi effrons impietas alio domanda supplicio, suam enim illam detestabilem scriptio-nem clauferat in hæc verba, [ sed missis, aiebat, argumentis Theologicæ indagationis; rebus ipsis, & factis agamus; si est Christianorum Deus adeo pauendus, & ad omnia quæcumque libuerit tam potens ut illum nobis effingit Riccius, prodeat sanè vlciscatur me sui contemptorem, qui sexcentis illum execrationibus deuoueo, & odi ] admisit diuina æquitas sacrilegi silicernij nefariam prouocationem; dum se cello componit in altari, bibiturus consuetas adorationes, seu vindice Angelo, seu carnifice dæmone ruit præceps, iacétque contracto capite mortuo similis; retenta ob hoc solum vita ut voces impias vera palinodia reuocaret; fateretur se Scin Mandarinis volentem obsequi, probè sibi perpe-tam impugnasse ac dedecorasse veritatem, quam suo Catechismo clarè docuerat Riccius; traxisse se eandem in foueam complures, proinde se desperabundo animi dolore cruciari: quæ Christianis ipsimet Bonij metu pleni narrarunt, sed subtricuere improbi, quod iis subianxerat, ve-ram scilicet esse Christi legem; Patres Occidentis qui eam prædica-bant veraces esse, vniue illorum doctrinæ insistendum. Hinc pudore infami affectus Mandarinis grauiori exarsit odio in Christianam legem & Doctorem Paulum, quod Pechini post paulum audaciùs protulit Literatorum nobili corona; vbi cum fortè incidisset de legis diuine præstantia sermo, debacchatus est in eam fœdissimè, è contrario le-gem idolorum prædicans tam claram & solidam, ut quisquis eam im-peteret, videretur rupem capite quaterè: at hic pro magnitudine animi atque ingenij semper seipso maior Doctor Paulus, grada licet honoris tumidum, ita palam reuicic, eiusque idola, homines fuisse fe-leratissimos, & furcam commeritos, ut accensus ignominia, & robis, mutus abiret Mandarinus: pressæ tunc iræ, loco & tempori fraus remissurus. Nanchinum redeuntem nouo ebrium gradu Magistratus, profecutus est Hancei peculiari veneratione Doctor Michaël, eius in Doctoris ambitu sodalis & vicissim ab eo ad conuiuium inuitatus, ex-cusauit id sibi licere, quod reseisset simul acturas illic comædiam fe-minas, nec esse ab iis expectandum nisi lasciuum aliquid; & probio-sum: offenso autem & repulsæ causam quærenti Mandarinis, sextum protulit decalogi caput, quo illa etiam vetarentur quæ mentis occul-tæ fuscarent castimoniam, & nitorem: quod brutum animal indignan-ter ferens Michaële ab se parum comiter dimisso fremere, furere, ma-ledica in legem vomere quæ vstitatis quoque interdiceret ludicris. Ex-tirpandam hanc esse radicibus exportandamque eam suis præconibus in extremum vnde cum iis venerat occidentem, accendebat has ira-tum causas immanis ambitus Colai, cuius dignitatis per fas & nefas  
obtinenda

obtinendæ cardinem censebat, hostilem in Exteros animum, & securitati publicæ sedulo satagentem: sedulitatis huius exquisitum specimen daturus, atrocissimas criminationes libello digessit, quem occultè ad Regem cum mitteret, amicis in aula primariis maiorem in modum commendavit, nec hi seu præsentem, seu proximè speratam viri potentiam veriti, commendationi frigidè seruiere, accusationis capita hæc erant. Patres regnum ingressos, contra leges Sinarum, quibus externi ab eo excluduntur, regni vrbes præcipuas incolere; pestilenti doctrina, deorum adorationem à maioribus probatam sacrilegij culpare, parentales honores mortuorum damnare vt impios; Deum suum Tienciu nominare, nempe Dominum cæli; velut æmulum Regis & rivalem quem vnum Tienzu, hoc est cæli filium Sinæ vocant, cuique par in tertis nemo sit. Suo illi quotidie cæli Domino rem sacram facere, quanquam pœna mortis liceret nemini præter vnum Regem sacrificare cælo. Ad hæc apprimè callere chemicam, familiarem Philosophis occidentalibus, gentum vitium in verum, & legitimum figere, sibi que inde sequaces emisse, multitudine iam formidabiles, plebeios quinque viritum nummis; Literatos donis, & incantamento scientiarum externarum, nomina sibi adiscere quibus inter se noti, Sinis essent ignoti. Cætus domi cogere numerosos, in iis quid agerent latere penitus; at hoc tantum secreti, & eas tenebras nihil boni præferre, nam & noctu interdum convenire, & albente aurora ne obseruarentur diffugere. Conteseratos denique omnes esse signo Crucis quod soliti essent in frontibus ducere, seque inuicem ex eo internosse. Hæc porro videri non aliò tendere quam ad conflandam factionem, & mobiles populos agendos in res novas: eam ob rem non posse huic malo diutiùs remedium differri, nisi publicæ salutis pernitie. Id verò remedium vnum esse Patrum necem, & sectæ illorum proscriptionem capitalem, quod foret sibi, si Rex annueret, promptum & facile, vt cui iam cum crediti Magistratus, & communis boni, huius periculi fecisset inditium. His oneratum suspicionibus libellum Mandarinus penès quem ius erat eius approbandi, amicitia, cognatione & muneribus occacatus Regi mox porrigendum curavit; sed enim eius auctor post expectatum frustra bimestri Rescriptum, sperni se ab Rege intelligens, longèque nos alio quàm putasset benevolentia, & existimationis loco esse, cæpti amens dolore, quærebat abrumpere cuius honorificum successum desperabat. At hæc eò versante accidit, quod impium hominem quo cæperat proruit, cuiuscumque tandem euentus periculo, & machinam illi suggessit Dæmon vrgendi sceleris qua moras crudelis negotij denique expugnauit: tanto illud secreto agitabat, vt pauci hoc nossent, stupèrentque inter se Mandarini, barbariem crudelissimi delatoris, qui suspicionibus confictis Regem adigeret, ad securitatem imaginariam innocentium sanguine firmendam. Inter confcios rei fuit qui pro amicitia veteri, significauit concisè aliquid

Doctore Michaëli: nimirum obiter hoc solum; delatione Scin Assessoris, Christianismi causam apud Regem nunquam deterius laborasse, Michaëlem quem nihil ea causa urebat acriter, assurgit in defensionem, apologetico vehementi pro lege Christiana, conuenit Assessorem, addit ad eum pro Patribus ardentibus commendatitias, defensionis Apographum ad Patres mittit, monetque Nanchino de fera illius vnguibus proripiant se se, Hancum maturent, suo illic præsidio tutos fore dum detumesceret is furor. Distabat Nanchino biduum Doctor Leo, duarum præfectus urbium, qui acceptum à P. Vagnonio, Michaëlis apologeticum, egregio ornauit præmio, & multis excusum ectypis Nanchino, & alibi sparsit. Premebat hoc opus toto pondere rationum, & styli grauitate Assessorem Scin tacito nomine; sed nimè dubio; damnabatque illum mendacissimæ, & immanissimæ calumniæ inuentorem: teneri ergo se manifestè cernens celata perfidia simul viam aduertit, qua vna poterat profligati honoris decore exire; si nempe Rex Patres tanquam iure damnatos poenæ addiceret. Libellum alterum ad Regem nouis grauatibus delationibus, veridario certo tradit Præsidi Rituum Pechini reddendum, à quo infamis precibus, petebat, si quid apud ipsum valeret amicitia fides, & amici honor eximeret se ab infami nota quàm sibi æternum hæsuram videbat, nisi Rex libello rescriberet, codicem & ipse in eandem sententiam scriberet, rogabat; Regique simul vtrumque offerret. Hac amici mandata Præsides dum parat exequi, etiam supra quam rogabatur, Collegæ Principi Mathematicorum quo nihil minus cauebat, venit in manus, libellus Scin ad Regem datus: à quo ad Patres sibi in paucis charos illico delatus, ab iis Paulo Doctore traditur, qui responsione luculentissima confutatum misit ad Præsidem; Patrum causam iniquissimè impugnatam commendans, imputaturus sibi quicquid in eam contulisset. Sineni vassitæ Præsides, Leoni, & internuntio, eius discipulo Mandarino, Patribus, & eorum causæ promittit omnia; innocentiam illorum cordi sibi haud secus, & curæ futuram quam Doctore Paulo, sub quæ perfidus, Scribæ suo mandatis literas condat ad Regem supplices, aduersum Patres, quàm posse criminosis; at is è conscientia dictatis, Patrum, legisque Christianæ contextas legibus condidit, cui acerbè iratus Præsides, hoc inquit, est, quod dictaueram argumentum? nihilo Scriba minus confidenter, ex hoc, ait, æqui & iuris vindice tribunali, non debeat de Patribus alia prodire literæ, nisi si fortè meliores; sed enim admonitione ingenua & proba nihil motus Præsides ferus, literas ipsomet componit, libello Scin duplo sceleratiores, quibus defensiones proborum æquissimas præuertens significabat Regi, non desore qui causæ nostræ patrocinentur, ex primariis etiam Mandarinis, sed eos ab se castigatum iri, velut consortes externorum, & fraudum socios: esse vero tam iustam, & regni bono tam necessariam eiectionem Patrum, &

& religionis quam docebant, ut esset interpretaturus Regis mentem ex eius silentio, si ad libellum nihil rescriberet, ac pro officij munere, Praefectis mandaturus ut Patres ubicumque ij forent conquisitos, è regni finibus tuto exportarent. Qui tamen agerent Pechini, radices illic misisse altiùs quàm ut eos tentaret reuellere, hac homo nequissimus clausula exasperandum volebat Regem ad rescribendum acerbìus, & festinantius. Verum die Augusti quintodecimo Rex, libellum vtrumque in reiectiis posuit, forte minùs aduertens, professum Praesidem se Regis silentium pro eius assensu habiturum. Palatium est in aula Nanchinensi, quod nouorum emporium commodè dixerim: inde quicquid à Rege, quacumque de re rescribitur, per veredarios quatuordecim in omnes Prouincias multis apographis funditur. Et fas est sed viris proceribus datos ad Regem libellos similiter per eosdem vulgare, etsi adhuc pendentes in responsi expectatione: sic illi Praesidis, & Mandarin Scin libelli duo, veredariis traditi, mensis eiusdem nono & decimo nunquam priùs auditis rumoribus, regni totius iudicia inter se commiserunt. Nostros enim doctrinae, scriptorum, sanctitatis, & gestorum fama notissimos legebant ab tribunalibus aulae vtriusque primariis deponci, tanquam reos, à Pechinensi quidem ad exilium; à Nanchinensi ad supremam poenam, latente interea mutationis repentinae causa; Erant praeter Vagnonium Nanchini tres nostri Sacerdotes Longobardus, Semedus, & Alenius, adest iis Pechino ab sociis nuntius nocte in tempesta die Augusti tricesimo, libelli vtriusque reddit apographum, monet sibi & rei Christianae, quam possit optimè consulant. Primum ego illi coram sacro altari, Deo se integrè deuouent, ad omnem ipsius hostium ferendam barbariem parati; multis deinde cum lachrimis teneritatem illi tot Ecclesiarum periculofam, & debilem commendant. Demum in commune decernunt, ut se cum Alenio Longobardus inde alio subtrahant, cum praeter exilium Christianis damnosum, nihil post se ab Assessore Scin expectare: ad iuandos roborandósque Christianos Vagnonius maneat, tum quod is probè tota vrbe notus, tum quod in libellis supplicibus notatus de nomine, & suspicionem criminis sua absentia videretur facturus. Socium illic retineat Semedum cui ex morbo vix conualefcenti nusquam alibi esse tolerabiliùs poterat. Ac Vagnonius quidem ad primos afflatus sauituri Scin Assessoris, Christianos strenuè obarmarat, assiduitate poenarum supplicum, & precum, martyrum exemplis fortibus, omni que adhortatione, & responsis ininterroganti de professione fidei tyranno vel edendis, vel vbi liceret declinandis. Nec ièe in auras monita, rebus ipsis magnificè probarunt haudquaquam illud Sinensis indolis molle, ac pavidum, & in desertiones imbecillum, sed Christi gratiam praepotentem secum pugnare, & vincere. Postridie status ab aula curlor, armorum Praesidi, & Assessori Scin, libelli gemini reddit exempla cum mandatis examinandae Patrum causa, ille per familiarem nobilem quid ageretur Vagnonio indicat, &

pro suo in illum æquitatis & amicitia studio apud eum dolet ab Assessoris Scin ea inculata à quibus norat eius probitatem quam longissime abesse; sibi quidem non esse integrum defugiendi mandatum cognationis iuridicæ; at si beneuolè monentem audiret occupaturum prudenti discessu exilium, ignominiam, & forsan duriora, quæ essent ei à indice timenda irato, potente, & palam inimico in cuius venisset potestatem. Hoc si consilium placeret indulgere se illi viginti dies ad vendendam domum, & protectionem Macaum versus adiuuandam; producturum quin etiam has inducias longius, ac fortè Regem interea, quem sciret nobis esse beneuolum, aut nostri miseratione, aut intercedentibus Mandarinis, & Colao quos habebamus in aula peramicos, ita Rescripturum ut non foret necesse Nanchino abire. Sic ille pro sua comitate, & beneuolentia erga Patres: at sceleratus Scin arrogata sibi tota utriusque iuris dictione, Patres in carcerem coniecit, vltus ad hoc agnato Taolio Sun, regionis in vrbe quintæ, quam Patres incolebant proprio iudice. Hic multæ noctis silentio cingit eorum domum armato milite; Vagnonio ad aram summo iam mane consistenti, nuntiat in aurem, occupari satellitio domus fores, expectarique illum à tribus Primmafuis visendi specie in aula domestica iam consistentibus; traditur simul quem vocitant urbanitatis liber, fuitque necessariò ut exciperentur sacer ornatus deponendus. Sunt autem Pemmafui notæ infimæ Mandarinis, alicuius in populum iuris, & reorum vbi opus est procerum prehensionibus designati: & tres quidem hi missi erant non modo ut Patres caperent, sed ignominiosè, & pessimè haberent; præterquam quod Sinis solenne est ut capti, suspectæ potissimum in regnum fidei, perinde à satellitibus, & plebe vexentur, ut si forent damnati, & ad cruciamenta iam traditi. Sed hos Patrum, in vrbe auctoritas ab imperatoris barbari Assessoris abstinuit, & è contrariò in omnem erga illos humanitatem & reuerentiam induxit. Eorum vnus demissè Vagnonio perclinatus significauit Patres Mandarinis quibusdam primariis venisse in suspicionem, iussam domum illorum introspici, & eos sub custodia teneri: cui sedatè Vagnonius & domum & Patres, esse in eorum potestate; ac dum alij duo sigillatim domi scrutantur, signantque omnia; Longobardum in ripa cum Alenio hæsitantem, per iuuenem vrget, moras omnes abruptat, seque inde remis citatis eripiat. Erat iuueni Donato nomen, virtus egregia, & de conuersione ethnicorum præclare merens, datus est eunti custos miles, qui suæ illum bonæ fidei permisit, & verò iuuenis tacito nuntio perfunctus domum redit, salutaturque à custodibus ianuæ ludibrio & fannis liberaliter, quod fuga valens sibi consulente, concluderet se se denuo in illorum manus. Ignorabant nimirum & hunc Vagnonij pridem discipulum, & sex alios domum pridie venisse præsentis periculi conscios, noctem illam cum nostris obituri, ad piam ut aiebant animæ suæ institutionem, te autem vera ut si occasio non deesset pro Christi fide cum ipsis morerentur. Mirabiliùs quod multi eam

domum

domum rescissent armata septem custodia confluerent, ambientes cum nostris, & pati & mori; qui se ad ianuam dum obfistente milite proturbant, ex iis tres intrò se penetrant, magno cum intuentium stupore, vnus inter omnes excellit vir senio frigans, ardens pietate, nomine Ioannes qui ad primos rumores calamitatis secururæ, se familiamque vniuersam Christianam & Sanctam Deo vouit, in mortis eiusdem cum Patribus victimam: ac ne quo interceptus casu in confuso lateret populo, vexilla sibi, suisque parauit singula, & suum quidem, tùm reliqua, nomine proprio, familia, patria inscripsit, & professione clara Christianitatis, cuius præcipua credendi, & viuendi adiunxerat capita; fixum erat seni magnanimo ad primum strepitum erupturæ in Patres interneccionis, cum instructa vexillis familia, vel domum ad Patres aduolare; vel iis, in carcere si forent, accedere. Laudauit præsentem apud Christianos Vagnonius, & fortis exempli dignas gratias egit. Scorsum verò ardorem inhibuit, nec ipsi profuturum, & aliis noxium, eaque tam confidenti nouitate speciem præbiturum rebellionis inchoatæ, actis humiliter gratis bonus senex, quoad suos facillè acquieuit; se verò solum id ætatis, & debilitatis, cogitationem factionis moturum nemini: vt ergo primum ædes nostras militari clausas manipulo cognouit, tempus esse ratus quod præstolabatur, deuotionem suæ fidei, amoris, & capitis Deo factam instaurat, & gestans manu altera vexillum, coronam altera, per confertam turbam ad Patrum fores denique emergit, interrogatusque ab satellitibus quid infortunij quæsitum venisset, in iis adibus, vnde essent in mortem & carcerem abducendi quotquot illic deprehenderentur? Et hoc infert senex quæsitum veni; mortem, aut carcerem ex communi cum Patribus causa, quorum & discipulus ego sum, & religionem ob quam rei fiunt profiteor. Cuius eni! apertè inscriptam vexillo mea manu summam gero, & ostento: cùmque his legendam obiicit. Hæserunt milites ad insolentiam ambitus inauditi, & seu foret defecti senij, seu Christianismi delirium (quod ipsi vno habebant nomine) injecto faucibus laqueo, & brachijs fune, senem illis duobus sistunt Mandarinis, qui etiam somnum aduenerant; vbi vultu quàm priùs lætiori, eundem coram repetiit animum quem militibus professus fuerat, mouitque Mandarinis admirationem robotis Christiani, quantumuis id auersarentur, nossentque optimè non esse delirium imminuti capitis, quare iussis licet detrahi vinculis, accensuere illum subituris eandem cum Patribus aleam. Inter hæc adest à Præside armorum tertius Pimmasius eiusque de reis sententiam refert: Patrum crimen aliud non esse nisi quod essent extranei, & legem docerent regno illi nouam; quare aliam non esse commeritos pœnam nisi vt remitterentur vnde aduenerant; sed honorificè pro conditionis suæ dignitate. Semedus Nanchini subsisteret dùm conualuisset. Gestatoria sella Vagnonius ferretur militum septus præsidio, qui vim plebis contumeliosæ ab eo defenderent; vincti præcederent in paria reliqui. Milliarium duo-

rum viam duodecim milites gestatorio affixi magno vix labore, minime, fustibus, armis ipsis per submotum populum perripere, tandemque inter conuitia, execrationes, & rabiem innumerabilis populi via publica illum statueret, ubi horas duas ad fores palatii spectaculo fuit, dum Taolius otiose rationem modumque captiouis, in us à Pinnaculis audiret; quo vero animo hæc inter opprobria Vagnonius steterat, narret ipsemet qui tulit quàm ego melius. Silere, inquit, non debet beneficium planè singulare quo me Deus affecit exeuntem, eo enim sensu intimæ obruit voluptatis, ut risum præ gaudio non possem premere, etsi cum audirem palam ab ethnicis velut ineptum derideri; sed me acri simul doloris oppositi affectu pupugit cum attenderem me autem gestatum humeris commodè & decenti habitu portari, Christo pedes vincto, nudo, raptato inter ludibria turbæ popularis tribunalia obcurrere: quanquam non defuit per hoc iter sua tolerantia seges non modica. Consistens identidem ut satisheret quibusdam, volentibus de facie me nosse, clamore, conuitiis, omnique genere contumeliarum, excipiebar ab infesta plebe, custodes ipsi, quod prohiberentur scire in me crudelius, brachiorum carnes quàm violentissimè poterant vellicabant. Steri ad fores Taolij Sun horas duas argumentum fabulæ, & ludibrorum vulgo circumfuso, dolendus nemini præterquam puero Christiano qui per medios lictores accedens propius, suam mihi operam depulit si qua re esse vsui valeret.] Hæc ille, pergensque de Taolio narrat, Assessoris Scin ut cognatione, sic barbarie propinquo, ait nunquam reflecti potuisse ut se in conspectum admitteret; explosisse concessam Semedo misericordiam, & raptaretur aiebat in carcerem, si pedes ire non poterat; si nequibat ibidem ex morbo sanari bonis auibus esto morderetur. Dum augetur concursus vulgi petulantis, & probra in Vagnonium, & legem Christianam, deiecit opportunè procacem illam proteruiam Christianus nomine Matthæus, responsione ad stultitiam eorum idonea. Hic in nostrorum obsequio ad suam vnus & aliorum salutem, iam triennio versabatur, & vincens duobus funibus per duos lictores trahebatur simul in carcerem, cumque æstuans siti & prope deficiens, aquæ paucillum poposcisset, vociferari cum militibus populus, & magno tumultu verare ne quis illi aquæ inferret stillam; incantamentum id Christianorum esse; immurmurare doctos in aqua siphum pauca verba & evanescere repente ex oculis; idem istum moliri, ac velut certè deprehensum, tum ipsum, tum Patres, & religionem Christianam sacrilegis incessere vocibus, tanquam maleficam & diabolicarum Magistram artium; absurditatem eius stultitiæ vel iniuria sit deridens Matthæus, quæ verò, inquit, improuisa hæc nobis captio venierit? & non potius ante mensam præuisa, meditata, impatienter expectata? quo si minus insanum ethnicorum de Christianis errorem correxit, ora certè iis cum pudore oclulit. Ab Taolio demùm expectati viæ reliquum ad carcerem peragunt non reorum quidem sed honorarium

rarium in Pimniforum palatio; qui & ipsi comitati sunt intrò Vagnonium, & custodibus benignè commendarunt; submiserunt etiam lectulum, & per triduum cœnam; rara illic beneficentiæ gratia, vbi cum traditos sibi reos peius tractent custodes, quàm remio addicti apud nos soleant; his tamen aliquid obseruantia detulerunt, quamvis semper diffisa, ac trepidæ; velut maleficos lemures acceperant seruandos, adeò malignis & horrendis de illorum vita calumniis tenebantur: quare ad illos aliquot noctibus armatorum licetorum vigilia excubavit; quoad animaduersa illorum animi quiete, patientia, & alacritate minimè simulata, notata insuper orandi consuetudine, & canendarum Deo laudum ob carceris dedecus & perpeffiones, quæ pro sua in eum constanti fide perferabant, agnouere tandem, longè esse ab iis quos sibi finxerant diuersos, iridebantque deinde apud Vagnonium suos illos metus ob quos iis tot noctes tam laboriosas consciuiffe plurimum dolebant: cumque vbe passim vniuersa, maxime verò per tribunalia, multam eorum & præclaram virtutem deprædicarent magnificè, essetque prior laudum fides hominibus laudate neminem asluetis, mitum quantum, in nostros & Christi legem affectus ciuium, & iudicia verterentur. Sed iis Assessoris Scin barbarum pectus incruduit, cum in edita sibi descriptione nostrarum secularium, nec vestigium armorum, nec argenti legit; sed libros dantaxat pauculos, precatórias Virginis coronas, nummos omninò sex & decem in alimenta familiæ totius, supellectilem sacram, & familiarem vtramque pauperem: suspicatus ergo ex insano Sinarum delirio pondus magnum argenti solidi ex viuo transformati defodisse nos in hortulo extra muros, sepulturæ nostrorum destinato, postquam eo euerso nihil reperit, desperatione probandæ in nos calumnia, & aperto testimonio eiusdem ab se concinnatæ vindicatæque in nobis per summam iniuriam, efferrator quàm prius, eo ipso die Semedum domi iacentem claudit, turma vallatum militari, cum famulis, & Christianis aliquot feruidis quos illic Pimmasui non abnuerant remanere. Laterna procul è fenestrapendet, & volentes clam fortè illac aufugere tenebris interdicat; nocturnæ vigiliæ ad vsque auroram agitantur, eo tympanorum, crepitaculorum, & peluium strepitu, iis clamoribus, & vlulatibus militum vt si Tartarus ad portas. Semedus eorum qui simul tenebantur confessionibus audiendis dat operam corroborandisque in omnes casus illorum animis; manè illuxerat, omnesque eadem qua Vagnonius ignominia pompa per conclamantem in eos populum ducuntur in carcerem; mouit tamen complures miseratio puerorum quatuor quos in Catechistas domi formandos Patres susceperunt; molliuit aspectus ætatis tam teneræ turbas, exciuitque in Assessorem Scin earum odia, & detestationes facti erga pueros innocentes; quod ne in fontes quidem Sinæ hætenus vidissent. Excepit Vagnonius & sui, eodem carcere accedentes; inter lætos complexus quos dat redditque vera hilaritas, non sine adstantium stupore addubitantium, virtus, an stultitia hæc foret. Cerrè homines

B.b.b

hoc rerum articulo tam tristi, & peiorum expectatione, gaudere hilaris, & exporrecta fronte, mirabilius fuit apud Sinas quouis miraculo. Mandatorum autem pars melior quibus annorum diuturnitas experimentum nostri non dubium fecerat imprecabatur infausta omnia scelestissimo Scin qui causam atrociter capitalem bonis viris dolose impetisset, & adhuc incognitam vlcisceretur crudelius quam si foret integrè damnata: ipse quem suæ perfidiæ conscientia flagellabat ob confictam in non armorum, & thesaurorum accusationem, amoliri à se infamiam sceleris, & publica ex eo odia; commentus, Mandarinorum ad conuiuium vocat, ratus fore ut inter epulas expiscaretur eorum sensum de Patribus, & eorum causa, de quibus obiter velut aliud agens quoties aliqua mitebat, toties ij tantò cautiore, quantò is nequior, demissis oculis & tristi silentio animum premebant, quanquam is consensus taciturnitatis eius acta in Patres nimis apertè condemnabat. Quorundam alibi libertas animosa, obiecit homini famæ suæ neglectum preferenti, non debuisse famam Sinensis nominis apud nationes exterarum scedare, viris contra ius & fas afflictandis, quos anni quadraginta longè alios probassent ab iis quos ipse Regi descripserat. Alius summæ vir grauitatis, Hò dictus, multò probrosius in Literatorum academia perfidum affectum ausum enim in medio ponere, sua in Patres acta, plusne haberent aequitatis in profligandis Doctoribus legis diabolicæ? an fortitudinis in superandis aduersantium sibi difficultatibus? an demum pietatis in liberanda patria præsentis & periculoso in futurum malo? quæstionem paucis, disertisque absoluit, eoque hominem perduxit, ut responsionis inopia fateretur vnam sibi Patrum eiiciendorum fuisse causam, mentem improbam, & Legi Dei cœli contrariam: nam quò tandem aiebat ambitiosa hæc virtutum commissio de prærogatiua gloriæ ex eo facta in quo nulla earum partem habet? sed pergentem amicus indeprehensa manu auulsit, cumulatam laudibus tacitis aliorum, eiusdem cum eo sententiæ, verum imparis generositatis. Iamque proceres vrbes, quæ sua in carcerem Patribus per internuntios sæpè obsequia deferebant, imò & ipsa plebs iis tantoperè infensa, tunc sæuas dedocta calumnias, & de Patrum vita & moribus ab aduersariis etiam eorum custodibus persuasa, iras omnes & maledicta retorserant in caput Scin Assessoris, cum ea perperam à se satagens amouere peiora incurrit, & fauorem vrbes in Christianos auxit. Nanchini amplitudo, quinque regionibus distincta, Præfectis totidem ac tribunalibus sub vno regitur superati Magistratu. Simulato metu perfidiosus Scin, ne Magi septemdecim, quales captos sorgebat, vi aut præstigiis in fugam se darent, eos quintuplici carcere in eas diuisit regiones, dempto Vagnonio, cui abtulit Semedum & F. Sebastianum Mendezium, relicto solum in socium Martiæo, laudatissimo illo quem memorauimus Christiano. Custodiis eorum singulis seuerè iniunxit eos quam diligentissimè asseruarent, & quam durissimè, ac deterrimè haberent, id quia nosset damnatis artibus

evanescente

euanescente subito ex oculis hominum; hoc vero quod mortem centies  
 essent commerti, nihil ergo in miseros ærumnarum & contemptus ab  
 satellitibus omissum, quæ suamet indoles afflictandis expilandisque af-  
 fucta carceribus, & incussus à formidabili Magistratu incendebat timor:  
 quæ planè omnia impio Assessori in oppositum cessere: captorum enim  
 alacritas, perpetuus de diuinis & ad Deum sermo, & inter varias patienti-  
 æ lentatæ cruce tranquillus semper & mitis animus, custodum in eos  
 seueritiam, & sannas in reuerentiam verterunt, & reorum quos suo quin-  
 que custodia tenebant quintuplici carcere diuisos, vna & constans de-  
 prædicatio, eò nomen extulit Christianum quò nunquam ante pertige-  
 rat, omnemque calumniæ in caput auctoris Scin reuoluit infamiam,  
 nec aliud vrbe vniuersa, nisi de Christianorum laudibus narrabatur, mul-  
 to id tamen prolixius, cum nullius impulsu Christianorum ciuium no-  
 bilis charitas vltro ad opem vincis conferendam, & mutua præsidia  
 conuenit. Nam cursores primùm quoquo versum vbi nostri agebant,  
 mitere suo sumptu à quibus quid esset Nanchini turbatum monere-  
 tur. Inde viros quindecim legere, animosæ quidem sed non præcoci-  
 pietatis, singulas nempe in custodias tres viros, qui eas quotidie disun-  
 ctis otis inuiserent, iuuarentque larga ex communi collata pecunia; ad  
 hæc egentes eorum familiâs suscipere alij de communi alendas contri-  
 butione; designare quoque virtutis præcipuæ, legisque diuinæ studio  
 ardentes, qui valdè Neophytos, & ambigua firmitatis in tanta con-  
 sternatione indagarent, iuuarent consiliis, & corroborarent idoneis  
 temporis, & periculo monitis. Hæc inter crudeles angustias documen-  
 ta virtutum ingentium, Philosophiæ Christianæ splendorem fundebant  
 magnificum, vt quæ simplicibus etiam satus inderet adeo generosos; ip-  
 se quin etiam Scin, & obstinato Regis silentio ad libellos complures,  
 quos ad illum emendicauerat à Magistratibus amicis, & aduersa fama  
 fatigatus, cogitabat quæ posset honore integro à structa calumnia re-  
 silire, nisi eum egisset noua res, in omnes euentus præcipitem. Sic se-  
 res habuit. Longobardus Nanchino relicta, Caioicum adiit, Doctorem  
 Leonem eius vrbis Præfectum consulturus. Auctor fuit Leo pro sua  
 prudentia, Pechinum festinaret, vbi potentia Magistratuum amico-  
 rum, tyranni Scin molitiones sceleratas elideret. Processit ex voto con-  
 silium; hinc libelli ad Regem plurimi, & apologia pro causâ Patrum, &  
 religionis quam docebant, prudens & solidâ, sed nihil horum ad Regem  
 peruenit, quod nullos ad eum peruios aditus Scini perfidia omisisset,  
 nisi quibus inferri fallacia, & nocitura nobis contingeret. Libellorum  
 nihilominus exempla cursores toto regno vulgarunt, quibus Scini re-  
 uincebantur accusationes fraudulentæ magno ad Patrum existimationem  
 subsidio, ad causam nullo: ibat item Pechini apolegeticum per manus,  
 indignantibus grauitè Mandarinis, in apertas Scini & conuictas frau-  
 des, atrocitatèque peruertæ iurisdictionis, quibus Leo compertis,  
 Longobardo suadet vt Nanchini edendum curaret, illic Scinum, &

suos, forsitan verò victos, aut iudicii procerum, saniora capturos consilia. Nanchinum properat F. Ioannes Fernandus Typographus sex ad opus adhibet Christianos; apud vnum ex iis cui Paulo nomen, tunc editio breui absoluitur. Erat Fernandus vir sanctus, & generosis desideriiis mirè flagrans, dolebátque maiorem in modum præteritam sibi ærumnarum, & carceris sortem qua feliciter socij gaudebant: quare inculcauerat homini Longobardus haudquaquam se illum ad captandam mortem, aut carcerem mittere. Nanchini clam cunctis latens, edictioni solum incumbere, tanti ad Religionis obsequium momenti. Verum enim vero, de Fernandio & apologia, aliter Deo visum, nempe vis quidem fieret voti compos, hæc prorsus vsui nulli esset. Nocte igitur quadam in diem proximum vulgandam parantes, apparitorum turba repente intercipit: proditore vnus ex iisdem Typographis & pæductore patruo, deprehenditur incumbens operæ F. Fernandus, collo singulis iniicitur laqueus, stringuntur funibus brachia, & tribunibus deinceps sistuntur quatuor, altero alterum onerante negantque illos iure posse damnari, sed metu violenti aduersarij non aulo absolueret. Cæterum id omne per prætoria dissita spatium iter copiosam iis molestem protulit, vt molestiarum, & ignominia à lictoribus & plebe, in meritorum & laudis apud sapientes, constantia illorum in perferendis iniuriis valde attonitos; certassentque illum tolerantia æonem diutius nisi Præses supremæ dignitatis Tuciauem vocabulo, eorum miseram breui sententia pronuntiaisset illos expertes culpæ cui pœna vlla deberetur; si quibus tamen secus videretur, iis vt satisfieret, cædi leniter iussit Fernandium, deprehensæ typographiæ auctorem, & Martium quendam qui apologiæ autographum tulisse Nanchinum insinulabat, adiecit denique se suam sententiam Assessoris Scini arbitrio subdere, vt eam pro suo imperio probaret, quod facturum sperabat, & illa miserorum calamitate plus satis habiturum; eos interea cum Vagnonio seruandos; plagis ergo multati quindecim, at non incrementis, conuictur in eundem cum Vagnonio carcerem inter mutuas lachrimas, & amantiam animi consolationem; sed implacabilis Assessor ob missum Pechino apologeticum se coram suisque in oculis edendum in luce aulae Nanchinensis; & tribunalium quatuor offensus lenitate sententiis totidem Typographiæ conscios pœnam vllam negante commeritos, horarum septem examine illos omnem in partem ipsemet versauit, nihilque subdolis & malignis de Christianorum doctrina, & vita quæsitis nactus, præter ingenuam quam nollet audire veritatem, eorum iudicium ad Taolium reiecit, qui molestissimo, perplexus & sibi vtrunque damnoso mandato siue infantes in Scini gratiam damnaret, seu illo inuito absolueret, medium sibi tenendum statuit; cognitione criminis omissa, quod probè norat nullum esse, Fernandio iterum, & Paulo honesto iuueni qui ædes edendæ apologiæ commodarat plagas viginti præter mortem atroces infligit; sunt enim lictorum ex cannis duris & grauibus virgæ.

virgæ, crassis ambarum manuum amplexu; quæ per medium fissæ ab interiori parte acuta, & aspera, rei in terram proni cruribus impinguntur; sed cum hinc iade carnifices impactas, ex nutu iudicis, violenter, & longè ad se trahunt contusarum carniû laniena riui ducuntur sanguinis, imprimunturque vulnera prope curationis expertia, hos ergo laceros hunc in modum remittit Taolius, ad Scinum, qui lûsum se reputans integransque apud se profligatam toties apud alios causam, interiectis lignis torquet innocentium digitos ad contractionem ossium, & deliquium animi; ex iis tamen hand aliud exprimit, quàm quod vltor, & libere fassi erant, se veritati Christianæ, & innocentia defendendæ operam commodasse, editione apologetici quod vtramque evidentissimè asserbat, diluebaturque calumnias, illi per summam iniuriam offusus: at mendacissimo confessionis eius interpretamento, conuictos decernit defensæ legis Christianæ, in Regni perniciem iubetque se eorâ crudelissimè verberari, secluso tamen sene decrepito cuius esset necem luiturus si expiraret in carnificum manibus; quod item metuens in F. Fernandio ubi carnes nudati vnum esse vulnus crudelissimum inspicit, illum cum forti iuvene priorum verberum socio, & alios in tormenta dilatos remisit in carcerem. Cruciamentis illorum intimè affectus Vagnonius, à prima luce ad noctem ieiunos, orizæ exiguo (quod vnum suppetebat) nisus est refouere, sed eos vulnerum dolor, & magnitudine doloris deficiens animus, præsertim Fernandium omni leuamento prohibuit, præterquâ frigidæ balneo ad detergendum vulneribus concretum sanguinem: neque propterea in vilius ore, debilis fidei, & mœstæ pietatis inditium lectum est, sed expediti ad quæuis peiora, & alactis animi, quod de indole Sinarum formidolosa & flaccida, vix audebant Patres confidere. Paucis ab hinc diebus, sex in custodias se juncti, numero septem & viginti, quam multis illis afflictati sunt malis, tam vberem sanctæ beneficentiæ materiam Christianis reliquis suggesserit; in quibus Doctor Leo sobrinum suum eò misit qui auara barbarie lictorum prope nudos, contra hibernum frigus vestibis muniret. Lapsis duabus hebdomadis accersuntur à Scino specie repetendæ causæ, re ipsa ex iis audiendi quod posset sua dignum vindictæ rabie simulare, dictum illi erat, Patres genus hominum esse maximè impium, qui naturæ intra intima exuti patre, matre, patria, relictis, orbe integro vagarentur: quid ergo, inferebat, iis credi possit? aut qua fronte nobis, Sinarum leges & naturæ inculeant, de charitate parentum & patriæ, dùm contraria omnia facto suo docent? aut Deum cuiusmodi obtrudunt nobis adorandum? ob sua scelera in crucem suffixum, quæ necesse est fuisse immania ne forent eo supplitio minora, quo totis vix quindecim annis inter Sinas reus aliquis repetitur: porro illam eius in truncò infami probrosissimam necem, quam fastu verborum magnifico velut triumphum atollunt, manifestæ ex iis argui falsitatis, cum Deum negent corporeum, mortalem, dolori, & malis obnoxium; quid verò hic ait

ad Fernandium conuersus) mendaciorum potes comminisci, quo Magistros tuos à fraudulentia, legem eorum ab erroribus defendat euidenter inter se pugnantibus; cui sedatè Fernandius, ego, inquit, si dignaberis audire, non mendacio & fallaciis, sed veris defendam, tibi quoque spero placiturus, & faxit Deus etiam profuturus: inde ab augusto corporati verbi Mysterio exorsus, suam Catechistæ in eo explicando si uquam alias ministerium egregiè præstitit, eoque doctrinæ pondere, & libertate spiritus, ut qui tua illa impietate arguendi responsionem neminem præripuisse se illi putauerat, instar arreptitij exilans, carnificibus in clamaret, qui cognitionibus capitalium semper adstant, hunc absque misericordia cædite; quibus ipse nihilo segnior ad accipiendas quam illi ad infligendas, solito maiores animos ab nobili eorum causa ad se attulit. Ictum viginti vulnera, totidem aliis ante dies quindecim acceptis, tam crudo verberè impacta sunt ut longè sanguis in vestes scilliret sedentis pro tribunali Assessoris, & suam feritatem eo spectaculo pascentis. Post hunc cædi Matthæum imperat, suspectum delati Nanchinum apologetici, quod is verum an secus inficiari noluit, ne cui sibi succidaneo torquendo foret occasio, & fidelitatem suam silens, ferri patientiæ merita cumulauit. Satur in præsens Scinus duorum cruciatus, & sanguine, transmisit eos in carcerem tertio distitum milliari. Ponitur illuc Fernandius tortorum humeris, quod cruciamentis, & cruci iactura exhaustus, ne in genua quidem niti posset; illi verò nec ortæ granum, si fortè appetisset; nec præter humum nudam lectus reficiendo datur. Adest medicaturus plagas Chirurgus carceris, consternatusque illarum periculo & hore, dolet sibi quoque in illas scruendum, ne si parceret ferro, breui Fernandius interiret. Amputabantur viua canium frustra, deformi aded laniena ut eam familiares etiam carceris, talibus assueti, ferre oculis non possent menssem tenuit cruciabilis illa ratio dum coire inciperent vulnera, tranquillo semper, & in Deum intento Fernandio cui vitæ residuum ardentè deuouebat, quin & in corporis laceratione sub ipsis carnificum manibus, voces ad Deum mitteret, tam suauis amoris unguento delibutas, ut iis emollitus iuuenis etiam fieret Christianus, & Vagnonio tingeretur: tandem ut potuit in pedes assurgere, ex medicatione imperij necessario subdendus. Opinor legentibus fastidio fuero si pergam pluribus de barbarie tyranni Scio, tango reliqua obiter. Literas finxit Vagnonij nomine, ut ex reddendo ad eas responso verbum aliquod in crimen vocaret. Doctorem Leonem cui columen Christianæ fides proditor ed tentauit inducere, vnde culpa specie aliqua videretur inustus, & redigeretur in ordinem. Christianæ causæ examine toties defunctos variis Prætoriis traduxit quoad in aliquem à quo damnarentur inciderent; sed qui plus illius iniquissimo furori quàm æquirati concederet repertus est nemo: eius in gratiis omnia ad tribanalia omnia absoluti; quidam & carcere exempti, cum feoda eius

aut maligni, aut inconsultissimi accusatoris invidia & macula, ob quam  
 capitales cum Mandarinis primariis suscepit inimicitias, quibus se inui-  
 sum intelligens ob dedecoratum suis furtis honorem totius ordinis, edi-  
 ctum passim tota vrbe affixit palmaribus literis, amplitudine linei  
 grandioris, datūque in Typos, multis apographis Pechini vulgan-  
 dum curauit, constarat illud ex criminationibus in Patres, non iam suis  
 illis, falsi palam compertis, ne obstinatissimè improbus audiret, de  
 comportatis domum armis, & factitio argento ad Regnum seditiosis  
 largitionibus inuadendum. Omnis eius accusatio Christianis ritibus  
 nitetur, quos veneficij, & magiæ damnabat, vt cum Patres suis se-  
 quacibus aquam inspergerent; illinerent oleum, immurmurarent ar-  
 cana verba, quòd sacrificia, & sermones haberent domi ad frequentes  
 conuentus vtriusque sexus ( quibus & mentiebatur feminas adesse, cum  
 ad eas tingendas alia vt dixi ratio iniretur ) quod diuerso ab Sinis Calen-  
 dario & festis regerentur; quòd sacra cœli domino facerent, quæ nefas  
 vili erat præterquam Regi attingere, & similia, vera, falsa, & captiosis  
 mendacijs in sensus detorta criminosos: post quæ lamentabatur suam, &  
 regni sortem, cui ab gentis facinorosa pernicie expurgando, famam, cu-  
 ras, & operam absumens, Mandarinis haberet aduersantes, qui esse la-  
 botis in publicum socij cum deberent, quos ipse reos omnium scele-  
 rum agebat, eos in sui, & iuris contemptum ij absoluerent: visa est  
 duobus ex Mandarinorum plebecula Literatis expostulatio commoda vt  
 lactum à Scino ex ea exculperent. Librum quisque componit in dam-  
 nationem, & probrum Christianæ legis, sed deterior altero peiorem,  
 uatus hic in Prouincia Fochiensis, ad austrum Philippinis obuersa, &  
 aliquandiu Manilæ versatus, vidisse scribebat, patibularum & flagitio-  
 rum à Christianis illic adorari; & promiscuè feminas, & viros in tem-  
 pla conuenire; nartabat de Sinarum nece, vltra viginti millia cæforum;  
 & de occupatis per iniuriam insulis, quicquid stylo mendaci dictabat  
 cupiditas quam Assessor Scin liberali munere donauit, contextuitque no-  
 uas ex eo libro ad Regem literas, quibus metus illi pridem iniectos su-  
 spiciosissimè proritabat, ne quod eæ insulæ ab externis, idem ab iis Si-  
 nis denique sustinerent, subodoratus est fortè Rex sub violentia inculca-  
 tarum toties accusationum latere aliquam atrocis odij contra reos la-  
 bem: certè ne huic quidem etsi grauissimæ respondit. Quæ dum volat  
 per manus, & oppositis defensionibus à Doctore Paulo refellitur; iacent  
 mense iam nono in situ carceris arumnosi è nostris quatuor cum cœteri  
 Christianis. Sant enim Sinis loca carceri destinata, in luto magis quàm  
 in vdo, aptioraque exeruciandis lentè quàm asseruandis reis, quos raro  
 morte afficiunt. Ad aquilonem carcer palis pro pariete vallatur cœlo  
 fortuito peruiis; à tergo penitus clauditur, intus hominum fœx, &  
 ferè exspes libertatis, sibi ægrè ferenda, alijs intolerabilis: illic cibus  
 nostrorum orizæ quarta pars demenso pauperum tribui solitæ; olerum  
 sabinde aliquid, sed quæ ob penuriam lignorum coquenda erant in  
 diem

tertium, & quartum. Semedo & F. Fernandio deliciarum nescio quid, interdum appositum, ova anatum cruda, salinariae spumae incrustatione in menses plurimos duratura; & stabant obolis duobus optima, eratque vnum quod dabatur solum in duos aegrotos diuidendum. His confecti calamitatibus praeter illas quae Scino mandante adiciebantur, periculosè omnes aegrotarunt, Semedus in extremis fuit, & cum reis quoque perduellionis mos esset, valdè idoneo exire de carcere, vt domi ex aere bo sanarentur, flecti ad hoc tyranni Scin feritas nullis aut precibus aut fideiussoribus potuit. Clam tamen egit Vagnonius vt à Pinnafuis, ad beneficij quibusdam impetraret, Semedo & Fernandio minimè, ne cruentae bestiae rabies inde furiosius insaniret; & verò barbarus Pinnafuis asperè obiurgauit, iussitque vellet nollent restitui carceri quos laxarant, quantumuis fortè animam agerent; vt certè agebat ex iis vnus inter clara eius Ecclesiae lumina aeternum memorandus. Etat is patris Nanchinensis, Hia Petrus nomine, à quinquennio Christianus, forma, vt inter Sinas, egregia; aetate duorum & viginti annorum, habitu & specie corporis in paucis excellens; at pulchritudine animi, & interiori virtutum gloria melior, ducturus vxorem expressit à parente vt filij ius primigenium cum patrimonio, fratri permitteret, pro se familiam reduro, idem planè facturus si vt erat ex vulgo, ita principe ortus esset, adeò illi pra Deo & aeternis cuncta viluerant. Ex voto calumniam Deo facer (quod in Sinensi, & iuvene rarum) dici non potest quam se studio acri obseruaret, quàm castigata sensuum moderatione promeritus sit Angeli cognouerunt; corpus verò spontaneis poenis quàm durè cruciaret, ne qua illad subiret annorum illecebra quos traduxerat ethnicus. Taolio Sun inter cognitiones iuridicas in Christianorum tanquam fabulosam ludenci pietatem, callosa protulit genua ex assuetudine orandi, volens hinc iltum conicere quàm non temerè idem sentire de alijs deberet, negans de cætero id magni faciendum si confectur cum integra vitae ac morum transformatione quam edit in suis Christi professio, & quam de ipso se probabat, olim nequissimo puero, post adolescente pessimo, tunc Dei gratia de praeteritis vitijs nihil retinens praeter luctuosam, & erubescendam eorum memoriam: ecqua verò esset Sinatum tot sectis vna, ad quam quis accedens non peior fieret, nedum euaderet probior: quam confidentiam simplicitatis ingenuae admirans Taolius, etsi Christianis instigatore amico Scin perinfernus, bene, inquit, communem in priuata tua causam perorasti. Maluisset nihilominus parens, & nouerca pessimum habere, dummodo ethnicum quàm Christianum & optimum: quàm ipse illorum caecitatem in aeternos rogos praecipitem, prosequeretur mcerore continuo, & vexatione ab iis, maximè à nouerca pertinacissimas inuictò animo perpetiebat, negare solitus imitatore se Christi fore, nisi se agnum lenitate, & mansuetudine praestaret. Quate suo cuidam opificio acriter incumbens, factum ex eo lucrum parèti dabat, dempta solum parte quam pauperibus erogaret.

erogaret, morboque iacentibus, quorum intimo sensu pungebatur: cui tamen labori, necessarium animo excolendo tempus liberaliter detrahebat, & quarto ab usque milliari diuina mysteria frequentabat, in quibus Sacerdos notare vix poterat quo consistentem absolueret; hoc ille propriae salutis studium ea felicitate, & gratia in alienam porrigebat, ut cum nostri & alij ad hoc plurimum adhiberent. Ex quo dederat Christo nomen, nec aduersis vnquam, ac ne captus quidem, & cum Fernandio casus, doloribus serenum oris, & animi turbauit. Agrotis demum piam nauans, & alacrem opetam morbum contraxit quo sensim absumptus est. Obtinuerat à Pimmauis Vagnonius, ut domi curandus ad parentem ferretur; senex barbarus parens moriatur ait cum suis Christianis quibuscum vixit, ipsique, mortuum aut terræ mandent, aut canum ventribus; minis tamen coactus Mandarinorum, delatum excepit, nouerca flammam & rabiem spirante, omnemque in miserum sauitiâ paucis quos illum habuit diebus exerente. Quare missis ab Assessor Scin baiulis qui eum referrent in carcerem; læta spectauit moribundum auferri sibi ex oculis; lætior ipse sibi que multum gaudens, quod mortem pro Christo, sanctorum operum strenno ambitu quæsitam reperiturus esset in carcere; lætus recuperato illo Vagnonius, suo cum alacri Christianorum manipulo, sed mæsti proxima illius iactura; omnes illi ad mediam noctem cum præsentibus fuissent inter pia ipsorum vota, & monita placidè animam efflauit, nondum satur furendi Assessor Scin scrutari exploratores suos iussit, num quis adhuc halitus erraret in mortuo, ne illum simulata morte, Christiani tentarent viuum recipere, & restituere. Petitum ad exequias corpus prærogatiuo dignas primi pro fide in ea Ecclesia interfecti; Præses carceris negauit Mandarinus, storea inuolutum curauit efferti ad parentem, humandum vbi ei liberet. Caruit itaque funeris clari pompa, & cantibus, nequaquam piorum comitatu partim exposcentium eius preces, partim illi suas pendentium. Secundus vltronei cum Patribus carceris calamitatibus confectus est Hieronymus, sequebaturque proximè moriturum, ille quem diximus Matthæus, carnificum verbera fortiter cum Fernandio passus: & iam Vagnonius, maligna febre ad extrema tendentem, quærebat pio cuiuspiam Christiano curandum committere, cum is accessitum flens iunctis manibus rogauit, ne conditionem sibi eriperet tam beatam, mortis in carcere pro Christo oppetenonæ, quod ea petiit significatione doloris mæstissimi si petitio negaretur, ut visum sit inhumanitatis ei obistere. Tanta erat illorum fidelium animi constantis excelitas, & tam heroïca virtutum ostenta victicium in summo æstu difficultatum vltimarum; nec istorum modo quos tenebat carcer, sed aliorum toto regno, quorum suis locis occurrent illustria decora. Nusquam enim fuit quod non pertrigerit tempestatis huius refusus fremitus; nunc decumanos tyranni conatus exequamur ad exterminandos toto imperio Euangelij præcones. Ad hoc rabiem vltimam triplici ma-

china intendit, malignitate Bonziorum, Eunuchorum auaritia; ex-  
 stimatione Magistratus Lipu cuius erat Assessor. In primis itaque Eu-  
 nuchos aggredi Nanchinenses, vilissimos genere, fortunis & opibus  
 reges, cupiditate infatigabiles, & quouis pretio venales; salutare, adire  
 frequentare officiis sed nocturnis ad vitandum pudorem depressa digni-  
 tatis, omisso denique rationum & precum imbelli telo, eo sibi pondere  
 expugnare quo norat ad se facile pertrahendos, presenti videlicet, pro-  
 missoque argento quo ab iis expressit ad Pechinenses Eunuchos ma-  
 xime Palatinos quicquid ad suum aduersus Patres explendum furorem,  
 putauit validius; Bonziorum fuit maior procliuitas utpote in commu-  
 nem causam. Legit ex iis triginta præcipuos, & loquacissimos quibus  
 vnum præfecit ex omnium fraudibus, & flagitiis concretum: Pechinum  
 proficiscerentur, tribunalia omnia, omnes obirent Mandarinos, expo-  
 stularent, perorarent, & qui erat vnus & totus negotij cardo, supre-  
 mum Eunuchorum per quem solum ad Regem patebat libellis supplici-  
 bus aditus, quantolibet pretio emerent, vtique non quouis cum esset  
 opulentissimus, venalem; Decem ei millia nummorum numerarent, et  
 communi sua contributione, cui suum & ipse addebat symbolum. Sic  
 pecuniis, & consilio copiosè muniti pergunt multis cum literis, & sin-  
 gularibus mandatis quæ legationis signifero seorsum credidit; in iis  
 literas duas pestilentissimas alteras ad Colaum, ad Præsidentem al-  
 teras Tribunalis in ea aula Lipu. Huic eius Tribunalis, quod certe  
 vnum cum Nanchinensi erat, exponebat æternam maculam, si Rex  
 suos duodecim libellos, ne verbo quidem dignaretur, viderereturque  
 aduenas quatuor viles & barbaros Ministris suis fidelibus anteferre, la-  
 borantibus in hoc vno vt proscriptione illorum & legis quam prædi-  
 cant sceleratissimæ, securitatem Regi, pacem regno asserant, & tran-  
 quillitatem, ibatque prolixius in exaggeranda ignominia communi  
 Ministrorum vtriusque Tribunalis ex eo Regis silentio. Eunuchos palati-  
 tij, Primores Bonziorum expugnandos sibi pecunia sumant; alij Ma-  
 nasteria, Prætoria, Mandarinorum palatia percurfarunt, & condicunt  
 inter se Patrum calumniis impleunt de Christianorum decem millibus  
 ad mouendam Nanchinum paratis; de paratu armorum & argento in  
 stipendia militum domi deprehensis, de contractis idolis, & parentu-  
 lium neglectu: ac de idolis quidem flocci fuit apud Mandarinos; de ar-  
 gento quæsitum vbi esset, & quamobrem non foret ad Regem peten-  
 tum? ad improuisam quæstionem obmutescere alij, responsione qui-  
 dam sua intricare se se; clarius aliqui fateri se nihil scire, nisi quod ab  
 Assessore Sein accepissent, omnes metu publicæ verberationis qua so-  
 lent perfidiam suam falsi testes ad Tribunalia luere, fuga exinde, aut le-  
 tebris sibi consulere, fuitque ista eorum perfidia vnus confessione no-  
 tissima, qui à Mandarino, notam iis iniustam dolenti, & interrogan-  
 ti, cum ducem haberent versatissimum in Theologia idolorum; cut  
 non potius Patres ad disputandum prouocarent, vt legis quam funde-  
 bant

bant patefactis erroribus, & offensione; per se ipsi regno pudore infamiae abirent pellente nemine, victores Bonziji triumpharent. Bonzios hominem mirari se indicans eorum quae diceret valde rudem, nos vero ait, manus consecere cum Literatis magni occidentis? nescis ij profecto cuiusmodi sint; certo nos & experti scimus. Libros perlegimus, quos in defensionem suae legis edidit, sed post acrem si vlla vsquam est censuram, notare nihil potuimus quod solida nixum ratione, regni Bonziis vniuersis non esset ineluctabile: si secus id foret, putas quam laudes disputationem fuisse nos tamdiu dilaturus? aut inde sperandam gloriam, immenso itinere & prensatione Eunuchorum sumptuosissima mutaturus ad extorquendum Patrum exilium, nimirum aliud non erat quò nos verteremus. Nam si pergat, vt facit, Christiana lex in populum, & populi Principes diffundi; perimus funditus, & clausis caenobiis ac templis, de caetero nobis victitandum est mendicatio. Haec à Bonzio Mandarinus in Christianam rem Patresque propensus ad eos retulit & calamitatum quibus iactabantur exposita causa mirè recreauit. Sed iis Bonziorum calumniis efficacius aurum fuit, & famae ratio Praesidi Lipu impressa penitus, quem ex beneuolo, Pantoia fecit nobis aperte inimicum, nolens enim, Patre Sabatino de Vrsis videri minor, vetuit eum ad Praesidem visendi officio fungi, contra quam & mos, & ratio, & tanti viri posebat studium, amicitiae nimirum singularis cum Sabatino copulandae. Pantoiae item sinistro consilio Doctor Paulus, scriptum continuit quo merita Ricci, donatumque illi solenni diplomate ab Rege sepulchrum, & sociorum habitationem Colao memorabat, exoraturus omnino vt Pechini saltem nostri persisterent, pro reuerentia quae beneficiis Regiis deferretur, & propensissimo erga nos Colai animo. Colaus & Praeses communi libello Patrum exilium à Rege postularunt, duas solum ob causas quas Rescriptum expressas retulit, die insequenti, Februarij quarto, Lunae anni Sinensis duodecimae; magnis quidem inditiis proditum, illud Xi, quò Rex Chirographo petitionibus annuit, Reginae manu fuisse appositum primarij Bonziji precibus superatae. Vndecumque tamen prodierit, decretum exilij ex eo conditur à Colao, denuntiaturque Patribus per nobilem eius filij praecceptorem, qui nostris amicus, pari sensu doloris & humanitatis mandatum peregit, Decreti sententia haec erat. [Cum ex iuridicis tabulis inquisitionis ab Assessore Scin institutae, constet legem aut sectam ab Alfonso Vagnonio eiusque sociis doceri, quae turbat, & decipit populum, videturque occulta moliri consilia de quibus nondum factis liquet, iubetur Praeses Tribunalis Lipu perducendos curare in Provinciam Cantonensem, & inter manus Prorogis, aut Inspectoris deponere, qui eos primis impositos nauibus in occidentem vnde adueniant remittant. De Pantoia eiusque sociis idem fiat, & turbari aula utraque desinat] consternatus mandato Pantoia, vnum à Mandarinis omnibus amicis rogans & supplicans responsum tulit, serum esse om-

nem remedij, quod iam nullum restabat conatum. Nemini quoque Eunuchorum tantum animi fuit ut eius literas Regi porrigeret, praeterquam vni qui eam gratiam tanto pretio vendebat ut ei Pantoia non posset sufficere. Destitutus igitur undique ad extremum confugit miserorum subsidium; etsi Magistratibus odiosum, quod innocentiae oppressae videatur illos arguere. Ad decumanas palatij fores se conferunt proclinationes illic obeunt & honores quos adhiberi throno regio vult est; mensam statuunt, & in mensa donum Regi offerendum, repetitisque iisdem honoribus recedunt. (Fuit donum Pantoia, Geographica tabula, cum supplici ad calcem libello.) Taolij verò est portas iustitiae palatij, & dona eiusmodi collecta in Regis manus tuto transmittit. Varios in utramque partem sermones suppeditavit Pantoia factum, & Taolius quidem minimè officio suo defuit, sublatam tabulam iussit in Palatium ad Regem deferri, cum supplicantis obtestatione, sed iis literas adiunxit aduersum Patres acerrimas, quod cunctantius faceret imperata, & tempus violenter extraheret; Rege tamen ut vulgò est creditum, decreti contra nos exilij ignato, libellos & tabulam Eunuchi combussere, ne quid posset de iis rescire, sic illa & vltima desperationis rebus spes ita concidit, ut Eunuchorum quidam indignis motis Patres vrgeret ad discessum, abigenti similior quàm suadenti: cui tamen ingratis ex domo vendita, tantum pecuniae conficere, quantum Viatico Macaum iusque sufficeret. Communi praeterea Magistratum quorundam consilio statutum ut salua decreti Regij obseruantiâ, Patres honorificè abirent, naui sibi peculiari, & propria vcherentur, attribuerentur iis Famuli, & sumptu publico vbique haberentur: sed Assessoris Scin fautores, quod is Patrum honor in eius dedecus verteret, extorsere à superiore Tribunali ut militibus praesidiariis duobus traderentur quibus alij per vrbes singulas pari succederent numero, & commissae sibi, deductionis fidem, aliisque traditae omnes scripto darent. aderam fixus ad discessum dies Martij decimus octauus Palmorum dominico sacer. Extra urbem in nostrum Saluatoris templum fideles conuenerant, vbi Pantoia & De Vrhis, post distributas iis palmas sacris operati, suprema monita, & tristem parabant salutationem; sed eam coetus vniuersi lamentabilis oppressit fletus; Doctor Paulus in iis ardentis fidei rerumque pro ea gestarum merito excellens discernitur dolore non consolabili; nihil enim tam arduum tam sibi anceps, & periculosum fuerat, quod sacrosanctae fidei gratia non tentasset; ac licet Assessorem Scin toto suo furore, toraque prope aula perfidia & auctoritate, in Patrum exitium incumbentem nequisset frangere, obstiterat tamen ne damnis maioribus in eos grassaretur. Eius quoque beneficium extitit diploma quo iussu magni Tribunalis, & des sacrae & Ricij tumulus, doni Regij titulo, demandata sunt custodiae praestantis animosique Christiani, avaritia elusa inhiantium illis Eunuchorum; & sacrilegiis Echnicorum, qui sua in id sacrarium inferre idola gestiebant.

gestiebant. Præcauit item legitima interdictione, libellis infamibus quibus hominum flagitiosa fœx ventilare discessum nostrum, & deturpare stauerat. Obtinuit denique à duobus præsidariis Patres deducturis, vt diei vnus confecto itinere, quacumque mallent liberos & solos pergere sinerent. Sic ij Quanceum appulere, vbi eos postea reuulsuri sumus.

Vagnonij autem & Semedo calamitosior exitit discessus. Februarij nono & decimo Rescriptum Regis, Nanchinum peruenit Assessoris Scin execrabili dolore, quod præter barbaram expectationem negatum sibi eorum iudicium videret quos constituerat crudelissimo necare perduellionum supplicio; fremens igitur adhuc aduersus Vagnonium, ob omissa erga se salutariorij honoris obsequia, & dolens excidere se fama penitus, ob impostas Patribus capitalissimas, & falsissimas accusationes, hanc homo scelestus in illa rabie insana minus insanam vocem misit, se laboriosam operam, & ingentes sumptus, & amicorum potentium pretiosas intercessionis frustra perdidisse, frustra cœlum & terram mouisse, cum Patres vitam incolumem, & lætam in patriam referrent. Sentiebant cum illo Mandarinum omnes, Regemque omnino, singulari Patres amore complecti quod tantis eorum acculatoribus ne verbulo quidem respondisset, tandemque illos à Colao & Præsede, Regni supremis capitibus peruietus, damnasset pœna, quæ iure haberi pro gratia poterat, vt salui in patriam redirent. Postridie itaque cursor decreti Regij perlator Vagnonium adit, & tanquam læti nuntij baiulus, descriptum in ampla, & ornata charta, gratulandus offert. Gratulantur & per se aliqui, & alij per suos Mandarini; & quod eatenus inauditum tres Primumasui Iudices, nunquam pedem inferre in carcerem soliti nisi ad reos excarnificandos, gratulari Vagnonio consuētis Literatorum vrbauitibus, causæ ipsius prosperum exitum, & sublimem gradum quem Patres in Regis beneuolentia obtinerent. Hinc satis mirati non poterant, nullam inter hæc vt censebant tam læta Vagnonio, consolationem à Vagnonio admitti, quoad ipsos quoque Christianos adire illum in carcerem videntur, & suas cum eo iungere lachrimas, ex quo demum ab iis intellectum, diuinæ legis profertendæ studio, & amore, Sinas eo vsque antepone patriæ vt apud eos essent libentiùs in perpetuo carcere (quod profitebatur Vagnonius) quàm commodè in solo patrio mansuri Decreti Regij executionem dum meditatur Scin exasperare sua barbarie, mense integro instat Vagnonius roborandis in Christo fidelibus aduersus sæuitiam quàm post suum Nanchino discessum instauraturus esset impius tyrannus. Quas verò proximè ante illum ærumnas exhaulit, sic narrat ipsemet [sexto inquit, decimo Martij, sisti nos sibi solos, me & Semedum, pro tribunali Scin imperat; ergo pedes, Semedo ex morbo in tabula per medium populum portatus, adsumus. Horas duas ego de genibus, hami iacens Semedo, examinamur ab eius Assessoribus duo-

bus. Quæstum quo pacto, essemus, & quam pridem in regnum ingressi; vbi? quid rerum? quibusve locis ageremus? unde nobis ad victum suppetere? tabellionis manu excepta responsa ad eum deferuntur, quibus ipse perlectis mittit qui collo vt vsus est reis iniiciat laqueum. Hic mihi in aurem ex Ministris vnus Christiani propinquus pro re censui erga me affectu, dominum suum irato esse contra me animo. Argenti aliquid largiri licitoribus præueterem à quibus essem omnino cadendus vt mecum leuius agerent. Præsto erant ad fores qui comitari me fuerant Christiani, præsto illis pecuniæ quas darent; vetui plagarum mihi condonationem aut acerbitatis ab iis vel obolo redimi; hanc in Christi causa & innocentia, mentem mihi tunc Deus indidit. Statim ad tribunal hostis, & efferi, cur Sinas intrassem interrogor? de nobis inquit, sancta lege populum docturus. Hoc est, subintulit deceptorus vestra illa lege quam sanctam dicitis. Ego, inquam, mi Domine, in nullius domum, nisi vltro volentis subij; argentum aut munus admihi à nemine. De lege diuina cum adeuntibus placidè tractaui, eorum de cætero remittens arbitriis vt de se statuerent quod cuique magis conduceret, nec potest vllus mortalium quæri, se vi, fraude aut à me deceptum, aut suo emunctum, aut re vlla fraudatum. Et prodeat, si quis est, audenterque accuset, & ecce duo falsi testes Mandarinum duo, à quibus famosas lucubrations contra nos duas Scin emerat. Venisse me alter per Philippinas in regnum obiicit, (quod erat falsissimum; cum per Orientales Indos ex Lusitania venissem) ex ea me esse cretatione, quæ tot Sinensium millia trucidasset. Hoc pensi mihi inuit Sinas esse homines emere ad Christianismum. Hic ego omnis que nihil ad me spectarent Philippinis, quæro ex eo vnde id hauserit, homines largitionibus induci à me ad Christianismum? ille hanc referre esse vulgi famam; damnat igitur aio, vulgi fama infontem? quam multa quotidie vulgus mendacia, etiam in Regem, & in aulam iactat? ad hæc obmutescens alteri locum dedit. Is verò, tres, inquit, in regno agnouimus, & admissimus religionum sectas; cuiusmodi ergo est hæc noua de cæli domino quam vulgatis? hoc ego ad eum minimè spectare respondendo, non esse has eius accusatoris partes de iis inquirere, stare me ad Iudicis tribunal, huic si quid præterea quæreret, vt ante fecerat, per ratum me satisfacere roganti; quo ille similiter obtusus responso conuicuit. vtrique Scin nutu significans paulum secederent, dicturus sententiam ad me conuertitur, & mortem quidem nos esse commemo quod legem nouam, & bono publico, paci que damnosam spargemus, quòd tamèn Rex pro sua clementia pœnam hanc nobis condonasset, eam se nobis pariter donare; solum, inquit licitoribus plagas ei decem infligite; quas ipsi deinde gloriati sunt gravitate, triceparum numerum æquasse quanquam mei misertus alter ex Assessoribus Mandarinis quibus prior de me credita fuerat interrogatio bis per nuntium commendasset ne mecum durius agerent; ij quod rescissent intercessisse me

ne quid

ne quid ipsi daretur ad acerbitatem ictuum redimendam ob hoc atrocius in me saeuierunt. Post hæc Scin ad Semedum pœnæ dixit eidem obnoxium, sed eius condonationem morbo suo gratus imputaret: ita in carcerem yterque remittimur. Damnationis barbaræ nimium clara iniquitas aulam commouit vniuersam, indignatam ausum Assessorem supplicio afficere homines à Rege absolutos, & quidem infantes, tandemque de tyranni mente non obscure perdoctam voluisse nimirum sanctam Christi legem eum prosternere, præconum eius probroso & infami palam dedecore. Adire me in carcere Christiani, multis lachrimis dolentes, quas, vt ipsi aiebant, eorum gratia sustinueram plagas; ego tamen profiterer, nihil nobis aut gloriosius aut optabilius venire potuisse, idque tam longo per maria & terras ambitu quæsitum, dolorem ipsorum lenire vix poteram, Ex iis Literatus vir grauis vocabulo Van qui Pechino tam procul huc venerat vt opis aliquid nostris ingentibus afferret malis, & largam ad hoc à Doctore Paulo stipem attulerat, comitatus est me à tribunali ad carcerem, & curationi voluit meorum vulnere adesse præsens & continuò flens: dabant alij operam Semedo refouendo qui dies septemdecim moribundus, & præter calidam cibi omnis expers, cœpit tunc demum cibo, & viribus refici. Coalescebant post exactum mentem iam mea vulnera, & de mandato Scin à tribus Primmasuis, & duobus ex eius curia Mandarinis domum nostram deducor, vt accuratior me coram institueretur eius scrutatio, cupiditate magis asportandi quod reperiretur, quàm spe reperiendi quod latere apud nos fingebatur, argentum videlicet & arma. Libros, scripta, sacras imagines, & matheseos organa; fisco Scini addicunt, supellectilis reliquum meo arbitrio permittant; mox in carcerem reductam, paucis inde diebus, iidem iterum eodem me reuocant, vt adesset spectator dum ea supellex proiiceretur, in publicum, & clauderetur sigillis domus, quod ea præcipiti festinatione, & tumultuario contemptu factum, vt toler ex ædibus, subito incendio correptis. In quo spectaculum occurrit quod horrore tunc adstantes; post verò cognitum, vrbem totam ingenti perculit admiratione. Producta in vicum Sandapila qua P. Feliciani de Sylua condebatur cadaver, eam vt cetera omnia Mandarini alter volebat recludi. Aversabantur alij facinus inhumanum, & capitis pœna Sinarum legibus veritum. Nihilo timidiùs Scini Ministris vrgentibus, refinguntur clauis, capulum aperitur; quod populi odia & Mandarinatorum execrationes tyranno consciuit immortales, & noais testimonium illustre innocentie per summam iniuriam ab eo afficta, sed tunc illustriùs cum sarcophago aperto, Feliciani corpus ante triennium mortui, dempto nasi extremo, in integrum profus apparuit, quod summæ fuit in legem Christianam laudis; & accidit dum recluderetur, vt cœlum antea serenum misceri nubibus & tonitru notarent ethnici, statimque ad serenum redire cum suum Sandapilæ tegmen est redditum, quod mihi tunc aliis cogitationibus dissentio, deinde animum aduertenti,

aduertenti, visum est ex vero notatum fuisse. Conturbati re tam insolita, Ministri facinoris impij, pressere illam silentio, & mandatum efferrè sandapilam, abiicique deserto extra urbem loco. Quæ fuit totius tyranni immanitas erga Euangelij Ministros, responsio eius testatæ, cum petentibus ad sepulturam locum; sepeliant, inquit, vbi solent destitutorum cadauera: ego precibus iteratis, euici ab alijs, corpus quo mallem vt conderem; soli angulum per aliquos Christianos erigi, Christiani nonnulli, sepulchrum sibi iuxta illud, ad subsidium animi legerunt. Et verò cum Doctör Michael è sua Provincia per certos homines ad se iussisset adportari vt honorificè condendum curaret; Christianorum Nanchinensium peruigili, perpetuæque custodia scrutatum est, tanquam thesaurus, & amoris pignus venerandum, quo ergo Magistros, & animi Patres afficiebantur. Postremò accipi colunt Christianos frequentare locum pijs colloquijs religiosis officijs, & impulsu confisos meritis illum apud Deum intercessorem adhibere. Hæc Vagnonius Macao, postquam illuc à Scino expulsus est. Habuit autem expulsio hæc velut actus atrocis fabulæ vltimus singularia memoriam digna.

Sibi enim pridem sua ex patria Duces addictissimos paratatos duos cum octo militibus quibus id tutò negotium crederet; vocat illos ad se quotidie, fidenter monens, quàm cautè nostros custodiri vellet, quàm malè vexari; quin & additur, qui possent veneno de medio tolli. Ad eo autem nunquam redibant indonati, & onusti promissis in posterum, eo ardore suscepti sceleris peragendi vt extra se positus videretur, nec posse aliud animo versare (quod ipsi postmodum custodes Vagnonio non dissimularunt) ne fortè illorum amantissimi Christiani multo auro redemptos, & cælatos in Sinis retinerent. Pij è contrario Mandarini, subodorati Bonzios in æstuario fluminis struere armatas insidias ad uocandos in transgressu Patres; & ipsi armis egregiè instructos eodem præmittunt, præsidio, & defensionem Patribus futuros, duosque insuper qui largitione liberali custodum lenirent ferociam, & Patres rebus necessarijs iuarent. At enim tyrannus vel id olfecerit, vel vt ingenium vexabat perpetuo in excogitando, quo possent Patres pessimè vexare, sua illi suggesserit rabies, repentè mutatus; terra iubet, non aqua exportari, vt dierum triginta per vrbes itinere fieret illorum calamitas granior, & ignominia notior. Ad hoc ligneas ex palis caueas parat duas, quæ nisi sedentem, & arcè caperent; iis Patres includit, vetitos; ad cibum aut somnum, seu quiduis aliud educi quoad Quancum peruenissent, iter emensos dierum triginta. Est hæc pompa solennis, terroris publici aduersus reos maximè insignes cum ad supplicium perantur à carnificibus: quo minus eadem, Nanchino tota circumferrentur Patres per eum non sterit, debuere quibusdam humanioribus Mandarinis vt satis haberet; celeberrimo traduci vico, urbem mediam

secunda

fecante. Ad hoc dum ultimus Aprilis expectatur dies, anni 1617. carcere, inquit Vagnonius in templum verso, à primo mane ad vesperam continuus eram in confessionibus audiendis, confirmanda monitis Christianis, in omnes casus, aduentium constantia, sedandis eorum fletibus, quibus etiam custodum feritas emollebatur. Dicto die stipati satellitum & licetorum turba ad Taolios deducuntur, qui tredecim numero (quotquot erant Nanchini) conuenerant. Ad fores Palatij iubentur capillos soluere, quos Sinæ, vt diximus, in verticem colligunt; solutos licetor ad ignominiam in funes duos ab humeris torquet. Superiorem quoque vestem cogunt iungere ad latus ei oppositum in quo ceteri eam iungunt, proprio barbati, bonique omnis rudibus caractere. Iniecta demum velut noxiis belluis in fauces catena, & strictis manica ferrea manibus, per medios hinc inde satellites, apparitores, carnifices, arinis, insignibus, cruciamentis terribiles, in Prætorium progressis, exprobrat Taoliorum Princeps, aduentum in Sinas, prædicationem noui dogmatis, damnosi, turbulenti, tribus ab æuo probatis ritibus contrarij; ob hæc illos quidem mortem commeritos, sed Regis clementia in exilium mutatam; Proin ne essent beneficio ingrati. Placide iter peragerent, & procul tumultu, ac suspicione nouorum mortuum, ne quid inde illis grauius nasceretur. Iniungit item custodibus haberent illos humaniter, omnem ab iis iniuriam, & contumeliam prohiberent; sua & cauea vtrumque ad cibum, & somnum eximerent, tunc eos concluderent & abirent. Clausi verò sunt pcellulis à Cancellario, tribunalis sigillo bullatis. Huius porro formæ, iuridica species, qualicumque de causa fuerit vsurpata, fuisse horrenda dicitur, & formidabilis. Operiebatur ad palatij fores dum exirent vis tanta populi, vix vt multo sudore, milites angusto calle eos eduxerint. Vicissim Patres expectabant eadem se execrationum, & conuictorum grandine impetendos quæ primum in carcerem profecutus illos fuerat populus, eisi tunc Literatorum cultu, Mandarinorum sella gestarentur, nunc probrosis ad ludibrium damnatorum conspicui caueis. Sed procius oppositum euenit, mæsto silentio & tristi gemitu illorum vicem miserta multitudo, diras omnes in tyrannum effundere, sacrificantem furori suo insontes homines, quos testata & nota probitas à capitalibus eius calumniis vindicarat. Ipsique custodes satellites, accedere ad caueas propius, consolari afflictos, spondere beneuolum comitatum, & amica per totum iter officia, Haud tamen ausi sunt triduo citius Taoliis obsequi, & angustiis caueæ ad quietem, & cibum eos liberare, ne per exploratores suos tyrannus Scin disceret humanitatis aliquid in eos impensum. quod Vagnonium proceræ hominem staturæ cruribus sic debilitauit vt cum inde prodibat, horam ponere cogere tur quoad se sensim erigeret in pedes, & capta genua multis agrè deinceps mensibus restitueret pristino vsui. Urbem & fluium transuecti spectaculum sunt innumerabili populo eorum similiter dolenti

D d d.

miseriis. Eadem sed paulò longiùs incedens apparet Christianus quem conseq̄uebatur alius lento gradu. Virumque literis & pecunia instruktos destinauerant Christiani Mandarini, vt Patres iuarent omni op̄e, iisque adessent toto itinere; atque hinc transmissò flumine agmen instruitur pompæ ad futuram memoriam Patribus ignominiosæ, tyranni Assessoris detestabile inuentum. Præibant furciferi tres, cum tribus in hasta sublimè tabulis, tribunalium trinm̄ inscriptis sententiæ; Patres esse improbos homines, seditiosos turbatores publicæ quietis, nouarum legum, & sectarum Magistros; illòsque propterea regno pellit. Fas esse nemini quicumque is foret accedere propiùs & eos alloqui, qui secus auderet, exemplo à militibus plecteretur, & hanc barbaricam seuerissimè milites primis diebus obseruauerunt metu tyranni Scin, quem sibi per exploratores non dubitabant imminere. Procul itaque occurrentes magnis clamoribus cogebant via decedere; in pagis qui ferè ad miliaria singula iter secant, si quem præ foribus suarum ædium curiositas euocasset, hunc intrò vocibus, sin autem fustibus retrudebant. Sequebantur tabulas, tribunalium vexilla, tubæ, tympana, capedines æneæ, continuo perstrepentia fragore; inde manipulus armorum, quacumque transibant à pagis, & vibibus ex decreto mutandus. Sub noctem in diuersorio suis cum caueis recondebantur Patres in domus penetrale; tùm vallabantur corona triplici militum ad quam loci quoque accibant incolas. Ædes vigiliis cingebantur eum assiduo strepitu respondentium sibi tympanorum. Quarto demum die humanitatis aliquid affulsit. Educuntur Patres è caueis, vt somni aliquid iacentes caperent. Adest postridiè à Scino Scriba familiaris eius & intimus, de itinere cogniturus, & pro potestate in Patres vlturus, si quid interea mouissent & sentire suos dolores visi essent. Has inter cruces dierum triginta per tres Prouincias magnam reliquerunt (contra quam sperabant) innocentia suæ miserationem, potentis aduersarij oppressæ tyrannide; adire illos officiosè Literati (non ausis custodibus dignitari obstarè,) suaque flabella inscribi aliquo ab iis morum effato petierunt; beneuolentiæ pignote, editique in illos obsequij monumento. Nanhione, prima Cantonensis Prouinciæ ciuitate, dies ad quietem illis concessus est, qui vnus fuit ex quo exierant Nanchino. Urbis Præfectus nostris beneuolus afflictos inuisit P. Gaspar Ferreira illic agens mutatur ad illos dedit accepitque consolatorias, & pecuniæ subsidium multum quæ iam cœperant egere quòd illis quos diximus iussos sequi Nanchino duobus Christianis nunquam ad eos adire propiùs argentumque illis tradere lienisset. Sed profecturos Nanhione humanissimus Præfectus tyranni Scin gratia odiòve promiscuè habitis, nauigio commodo illorū iuuit, quo secundo anni Sciaochinum perueniant, vt se Protegi Prouinciæ susterent. Renixere vtrumque illo octiduo navigationis, ex itinere ærumnosissimi agitatione perpetua semimortui, actumque de iis erat, si longiùs aliquanto id foret, pascebatúrque hac spe tyranni rabies, miseris

miseris ratis in itinere morituros, hoc duces custodiæ Patribus fassi  
 sunt, hoc tam certò Nanchini creditum, vt eos pro mortuis lugerent  
 Christiani ciues. Terram legerant Sciaochinum, cum Magistratus om-  
 nium Ordinum in Prætorium Prorex vocat, adsunt postridie ingenti  
 numero; cum magna spectatorum turba portantur coram in suis caucis,  
 onusti catenis, & manicis Patres, extractos inde prouolutosque in ge-  
 nuâ sedate satis reprehendit, quòd nouam Regno legem ausi essent in-  
 fere, cum multò fuisset æquius, leges ab Scinis discere, quàm Sinis  
 suam tradere peregrinam; & perinde Sinis religione conformes viuere,  
 vt lingua, cultu, omnique consuetudine ciuili. Tum superbissimo Scin  
 & similibus tumore, nationibus exteris oportere Sinas Magistros non  
 discipulos esse. Quin & suo quodam mordaci libello Scin, non est ve-  
 rius Literatos nomine illo indignos appellare qui Patrum nostrorum  
 sectarentur legem; qui verò illorum tantoperè doctrinam attollerent,  
 suisque illustrarent proceris, Sinas spurios, & semibarbaros; cernens  
 autem Nanchini augeri Christianos uiris sapientibus, & doctis, cen-  
 sebat hoc damnatis artibus fieri, & visibilem dæmonem vocabat Vagno-  
 nium, qui cæcis vinculis eorum mentes sibi obstringeret. Proregi  
 Vagnonius aliquam sui rationem tentarat in auditorio illo amplissi-  
 mo; at is prima illi abruptit verba, quod reis nefas sit coram Iudice  
 morire; vitæ gratiam à Rege concessæ in lucro poneret meminisset-  
 que se grandi suo malo in Regnum subiturum, si pulsus à Rege adi-  
 tum in illud denudò moliretur. Laudauit deinde custodes milites,  
 quod Patres mitius habuissent quàm ferret crudelis iussio Scini Af-  
 fessoris, & iis quotidie extra clathra suarum cauearum somnum ca-  
 pere indulgissent; consolatus est & Patrum molestias, sine illarum pro-  
 ximè instanti, commendauitque illos vni suorum Præfectorum, qui die  
 postero Quancecum illos perduceret, comneatum illic ad repetendam  
 patriam à tribunalibus accepturos. In hac sæpius dicta Metropoli Pro-  
 uinciæ Cantonensis, Christo, & patribus inimicissima ob suspectos in  
 uicinia Lusitanos, auditi sunt comiter vbique pro tribunalibus contra  
 omnem expectationem & dùm naues Macaum soluerent datus est iis  
 carcer quàm commodissimus, sed peior, scribit Vagnonius, quàm sit in  
 Italia pessimus, angustus, graueolens, captis adedò confertus, vt moue-  
 re gressum nisi per calcatos alios non possent; & hic inquit Præfectus  
 carceris, vos uti licebit componite obseratisque foribus abiit. Erat  
 nox prima, ipsique à pridiana vespera, post percursata toto die tribu-  
 nalia ieiuni, nec orizæ grano, nec aquæ stilla refocillati sunt à quo-  
 quam. Ad somnum dùm circumspectant vbi fractum corpus proiciant,  
 caput tollit è vinculis vnus, ignotusque ipse, & erga ignotos mirè af-  
 fabilis, lecto exiliens compellit in eo decumbere, tabula erat duorum  
 vix capax, storea instrata; in ea vterque actis Deo, & viro benefico  
 gratiis, quieuerunt. Summo mane Præfectus carceris, Magistratum  
 & Mandarinorum permotus suasu, frequentiaque Patres visentium,

illos è carcere in cubiculum transtulit. Vbi etiam summus Præses carceris Mandarinus, vrbana defunctus salutatione, ignorantiam excusauit, seque de illorum conditione, ac meritis iusto serius cognouit. Ciuilitatis vacuæ verba sterilia, Christiani duo excipiunt, iussi vt diximus, Patrum iter sectari, traduntque illis à Doctoribus Ignatio & Leone pecunias, quibus prohibiti fuerant eorum inopiam, & calamitates in itinere leuare. Viam inde Nanchinum remensi Christianos incredibiliter de Patrum incolumitate recrearunt, & sparsum à tyranno Scin rumorem præfocarunt de occupata ex insidiis Patrum custodia, deletaque penitus à Christianis Prouinciæ Chiansensis. Post mensem illius honorarij carceris, Pechino pulsi Pantoia, & De Vrsis, vltio se Magistratui exhibent, fidelitatis apud eum exemplo, tantò magis laudato, quantò nunquam à Sinis expectando, qui mortem leuius exilio ferunt ambobus ergo cum Vagnonio & Semedo iunctis Bonziorum assignat cœnobium, vbi diuertarentur commodius, & nummi vnius, cuique in mensem angustam sportulam, Proregis nomine. Optabant Patres herere Quancei saltem biennium vnde se facilius in Sinas & citius rebantur, quàm Macao reuocandos. Sed cum iis esset non tam Scini decreto quàm Regis sententia indictum exilium, nemo sibi tantum assumere ausus est, vt videretur contra illam iuisse. Fuitque gratiæ non vulgaris quod ex Regis mandato non remitterentur serio in Europam, sed tantum remitti fingerentur: exacto enim illic octimestri Magistratus, Mandarinum armorum viro graui tradit, Macaum cum præsidio vehendos, transmittendosque inde ab Lusitanis in Europam, aut Indias; cuius rei fidem à Primariis quatuor Lusitanis exegit Mandarinus, admittique fictis subscriptam nominibus, dumtaxat ne Regis decretum Mandarinum violasse notarentur. Regressum de cætero in Sinas prout lubitum foret curare permissum est, rogati quin imò pro mutua inter se & illos benevolentia, vt Lusitanorum erga Sinas amicitiam fouerent, ac si quid forsitan vtrius ex parte offensionis nasceretur, placidè illam componerent. Applicuere Macaum medio Ianuarij anno 1618. & moram illie Sinis quoque nauarunt perutilem, quoad Scino nequicquam furente, reditum in Sinas impetrarunt. Pantoia; dempro qui fato functus est hoc anno, non leui iactura illius missionis ob linguæ manûsque Sinensis excellentem peritiam, sed plane incomparabili, si Pechini per annos septemdecim præstantissimas suas lucubrationes, virtute ac moribus æquasset. Prima erat de victoria virtutum aduersus septem peccati capita; altera symboli articularis & fusa explicatio. Tertia vnius ac summæ perfectæque diuinitatis probatio euidens; quarta de bonis, & maleficis angelis; quinta de conditione primi hominis, protractaque in posteros, eius ruina; & reparatione humani generis post diluuium Noëmi. Instabat autem Vagnonius erudiendis in fide Sinis qui Macai debebant, & nostris ex Europa idiomate Sinensi, & caractere informandis, & scriptioni voluminum

septem

septem quæ post in lucem prodire. Sed hic ad veri notitiam facit, conditum Catechismum fructuosum, & grandem non esse solius eius opus, multos eidem admouisse manum viros doctissimos & peritissimos expeditionis Iaponicæ, (habet enim Sinas errorum Magistros Iaponia) ij Daifulamæ cruentis edictionibus Macai exules, ritus Sinen- tium ad examen denuò vocarunt vt discriminarent à sacrilegis inno- xios, & ciuiles, quos nuper deinde in Sinas aduecti nullo discrimine in fulem confusos, impietatis condemnarunt, & nostros homines idololatriæ ac nefariæ superstitionis, qui eos vsurparent, & in Neo- phytis probarent.

Pendebant interea è sauitia tyranni Scin tùm ex nostris, quidam tùm alij, quasi exulum vades in carcere, luituri omninò illorum pœnas nisi eorù custodes renunciaissent in reditu & minimùm ab iis in itinere turbatum, voluit tamen eorum sanguine, quos adhuc retinebat gratificari suæ voluptati, velut recens captos, nec miseris diuturni carceris ferri iam putridos, & sibi tot examinibus perspectos, ad tribunal suum illos citat; cognitionis absoluendæ referendæque domum libertatis, hono- ris, & gratiæ conditionem insinuat, si se deceptos à Patribus ex- cuset, & reuertantur ad idola, quam conditionem, pari stupore ac rabie impiissimi tyranni, exhorruere tanta constantia ad vnum omnes vt nemo in iis non dico vacillarit, & erant numero sedecim, cum pueris quatuor ad Catechismum docendum educatis, sed morti millies per quicquid est atrox expeterent, quàm Christo amorem fidemque fallere. Fratres quidem nostri Ioannes, & Sebastianus Fernandez tan- to se bono votoque tam impares reputabant, vt nisi à profundissima Dei clementia spem eius aliquam sibi minimè arrogarent; de quo Seba- stianus è vinculis sic ad Longobardum, [ Scribo ad R. V. dum adhuc licet, & haberi hanc opto pro vltima salutatione, nisi, quod timeo, illud à me diuinæ in amicos beneficentiæ magnificum præmium, mea scelera auertant, mortis inquam, pro Christo oppetendæ. Ad hoc omnes quæ Dei est gratia ingentes animos, & alacres gerimus. Cras Luna vigesima secunda, subibit Examen cognitorum F. Ioannes Fer- nandus; ego cum sociis vigesima quinta; eò dies proximè elapsos transigimus muniendo præsidij cœlestibus animo, in notus quolibet diuinæ voluntatis. P. Aluarus Semedus à nobis diuulsus est, manicis ferreis, & crassa ex collo catena lætior quam si ad conuiuium perge- ret; ego apud illum priusquam abscederet, confessione sacra annos retexui septem & viginti, quos diuina miseratione inter Dei seruos in societate exegeram, vt hoc apparatu vitæ meæ miserimæ subeun- dam pro illo iacturam præuerterem, qui suam infiniti pretij diuinam pro me vitam dedit. Taceo libenter quam singularibus hunc meum carcerem beneficiis beauerit Deus, quantisque me voluptatibus perpetuo receret; quòd iis exprimendis verba mihi deesse sentiam bonita- tis illius beneficentiæ sit sempiterna laus, qui tot reum malorum tot

beneficiis cumulat] hæc F. Sebastianus Fernandus, cui persimilia, & virtutis ardore paria, Ioannes Fernandus; iam examen quod spectat, fuit id multiplex, & diuersum, haud quidem ex causa vel ancipiti vel obscura; cum omnes haberet Scin confitentes eos se Christum colere, & Patres iuuare, quæ summa erat torius criminis, sed quod homo crudelis, ex iteratis cognitionibus, iterare illis tormenta cuperet. In iis quatuor, quos diximus pueros, & qui ad societatem ingre-  
bantur adolescentes duos velut impune dimissos habuit, quod plura illos sex tantum damnasset, sed ea qua solent impactis sæuitia; quæquam inter Sinas inuisam feritatem; contumelia, illata Patribus, in solutione capillorum, vestiumque aduersa iunctione, exprobrata est tyranno, vt qui voluisset ea nota censeret eos pro barbaris, cum ipse illi in teneros pueros inhumanitate, tum se tum Sinas, ingenio barbaro, & barbaris legibus, regi, ac viuere probasset; iuuenum alter, cui nomen Ignatio annis & corpore debilior, ideo cæsus est grauius, quod interrogatus, cur cum Patribus degeret? ad condiscendam virtutem, & literas respondiſset, Nempe infert tyrannus, apud Sinas virtutis criminæ & literarum gymnasia deerant, vt necesse foret petere à vasis fraudum nundinatoribus, simul eum mandat immaniter plebs, nec multo mitius cum eius sodali Ludouico actum; erat hic insigniter pius, & se per tempus patientissimi carceris, demens sui heros fraudabat parte, vt eam cuiusdam Christiano egenti largiretur. Nec mouit tyranni cruentum animum, qua tenebatur adolescens quæque ipso in examine æstuat febris; verbera eadem passus est, nihil morbo ipsius condonatum, nihil ipse rogauit condonati. His tam diebus confusus, pueri quatuor partim Bonziis traduntur peruertendi, partim aliò destinantur. Ludouicum, & Ignatium iubentur milites, reducti procul in patriam, sed Christianorum industria, & ære restituti sunt, & ficto fidei syngrapho tyrannus à militibus est delusus. Prius eam quam Patribus illos in patriam remitti decerneret, cæteros cum illis Christianos multis defunctis cognitionibus, & tormentis, misit ad Tribunal maleficiorum, velut causam damnatam reos, postremam de se sententiam denique audituros; sed quam atrociter eos illic haberi voluerit, testes sunt literæ quas ad Vagnonium, & Semedum Quancet iunctos dedit Ludouicus. [Magno nos, inquit, & alacri animo incendit Deus, ad mala quælibet, vestro ducum nostrorum exemplo perfectenda. Mense igitur exacto, omnes tyranno Scin sistimur & quatuor eius Mandarinis, examinamur omni & cædimur. Plagarum sex tantum mea sorte fuit, quod ægrotus essem. Paucos enim post dies reuocor, & ab eodem Scino vehementius obiurgatus, quod Pater Vagnoni tibi operam darem; tacito quouis alio crimine, decem verberibus licitori me addicit: ad ea excipienda dum me pato, redierit in mentem concepti sæpius ardores multa pro Christo patendi, & voti mei compoſ, latus Deo gratias egi, morbo grauius laborabam & defectione  
vitiū.

victum ex febris, dierumque iam septem inedia quibus nihil cibi admiseram: in cruduit febris, verberibus, sed curatione illorum Deo ita volente euauit, inusitato planè remedio. Dies aliquot fluxerant cum Augusti quinto & vigesimo, qui tutelari meo sancto Ludouico est sacer, damnatur ad verbera crassiorum arundinum, mediòque in foro turbæque spectantium, pro tribunali maleficiorum, septuaginta plagis singuli cadimur. Deo laus qui me tanto beneficio dignatur: quàm multi enim, boni eiusdem se desiderio macerant, nec illud assequuntur: ego me ad eius apicem prouectum video.] Hæc de se optimus iuuenis; nec fuit alius reliquorum sensus, quem incendebant, tum Christi patientis assidua meditatione versati labores; tum fratrum duorum præceptiones, & exempla; Ioannes quidem Fernandus, tam acerbe tot plagis tortis & tam grauibus est affectus, vt miraculi fuerit magis quam naturæ, vitam ex iis saluam retulisse. Post hæc demùm haud procul Nanchino relegatus est remulcandis per triennium nauibus; sed suam collo cætenam semper trahens, & ligneis implexus manicis, sigillo iudicis obsignatis, cuius seruitutis Christianos tres consortes habuit. Ablegati sunt in varia reliqui, hac lege dumtaxat ne vnquam pedem in eam urbem immitterent. At verò seni animoso illi quem diximus explicato vexillo nobiscum victurum, aut moriturum aduolasse, crudelissimus Scin hoc ipso indignantius iratus quàm aliis, instigi tamdiu verbera imperauit quamdiu vitam in iis valeret retinere, ne se alioqui reum eius necati faceret, postremo illum seruitute perpetua damnauit. Verùm & is, & Ioannes Fernandus, & cæteri omnes, qua Mandatorum nostrorum gratia, quæ Christianorum liberali contributione in libertatem asserti sunt. De Sebastiano tandem Fernandus expectabatur sententia, capitalius ob duo hæc reo, tum quod Patres in Sinas induxisset, tum quod vir annorum sexaginta, & probatissimæ virtutis, operam nauaret Patribus in eruditione feminarum, quo vtroque is gloriabatur, nedum vt ab se tentaret amoliri; sed obstinabat perrinax Scini furor modum ex eo cognoscere quo Patres in Sinas induxerat, & Christianarum feminarum rescire nomina quas ipse docuerat, vsrum ex fidei, & constanti sene, quærendo, torquendoque, nihil extorsit præter Dei laudem, & gratiarum actionem; cæsus quoque & ipse sapius, centum nunc plagis ad vitimum dilaceratus est. Ablegati que extra magnum murum limitem Tartarorum, in sempiternam seruitutem; sed crudelissimam, & morte qualibet sæuiorem, arcem illie Sinæ horribilem habent, torquendis, & tortoribus confectam, reorum sæce, custodum barbarie, & Mandarinorum feritate infamem & formidabilem. Futura illic erat Sebastiano sedes & seruitus cum Christianorum erga Patres amor, non tulit hominem multoquam saluti tam necessarium tam indigno carcere sepeliri. Cæpere inter se certatim contendere, quis eius & sortem & locum obtineret (& possunt apud Sinas à Ministris pœnarum, argento omnia obtineri)

neque

neque hic paritum sumptibus, prærogatiuam vicit inter competitorum Marthæus, ille non semel antehac memoratus, & eò proclivius, quod Sebastianum proceritate corporis, & oris specie propius referebat. Inpetratum quoque ut deduceretur à F. Pasqualio Mendezio ad redimendas vexationes militum perductorum, potissimum tamen ad eius liberationem, quæ illi ex voto egregie cessit: Pauli enim Doctotis commendatitiis munitus ad arcis calamitosæ Præfectum, Pechino venit, qui Matthæum non benignè modo, & comiter excepit, verum etiam vitro pronuntiauit innocentem, ut qui reus alterius criminis non esset, nisi legis strenuè obseruatæ, quæ suos (aiebat) sanctos efficeret, ad hæc illi prolixè detulit, optaret an mallet in arce secum honorificè remanere, an verò Nanchinum reperere cum pristina sua libertate, & iudicio diplomate integræ absolutionis. Prætulit exilio patriam Mathæus, & deuotionis suæ auctus merito Nanchinum rediit. Scin verò tyranni ab hominibus in ædes conuersa rabies, solo æquauit ædem sacram, domum nostram Eunucho pessimo & scelestissimo vendidit, ne postea unquam ex eo redimi; quicquid fisco suo attribuerat, libros, imagines, res sacras ad fores sui palatij congecta sacrilegè cremauit; profecit legem Christianam. Hac edicti forma: execrabilem Patrum sectam quisquis profiteretur in posterum, idem illum manere supplicium quod in paucis illis Christianis ad terrorem editum vidissent. Denique erumpens phabundus significauit Regi se religionem Christianam euulsam radicitus, in Occidentem vltimum extrusisse. At enim sanguinarum Phalaridis cruentos ambitus consilia impia condigno exitu lulerunt. Ne verbo quidem Rex triumphales ipsius dignatus est litteras: quo die Patres Nanchino expulsi spe proles masculæ à diis obtinendæ, filiolum vitæam patris dimidium morbus lecto afflixit, & Bonziis quicquid est demonem nequicquam cientibus & fatigantibus extinxit; pro illa quæ petebat fama securitatis publicæ, suis periculis, & labore asserat, ante vtriusque publica incurrit, & infensissima odia, quod potestate abusus officij, priuato furori innocentium sanguine litasset. Colai denique dignitatem publici studio prensatam, & Regis gratiam tot supplicibus quæsitam literis, probroso silentio, & contemptu Rex illi rependit. Profectus nihilominus Pechinum, tam sinistra fama laborare se palam sensit, ut de Colai Magistratu hiscere non sit ausus, sed Colaum animo gerens cum venisset, collateraliter etiam, seu Assessoris amissio inglorius rediit, & à Mandarinis quorum est creandos Colai Regi suggerere, nanti muneris exclusus manifestat, repulsæ doctorem, & ignominiam non ferens, priuatus in patriam secessit Christiani obstante iam nemine Nanchini reperire suos cætus, & pristina studia pietatis Ipse ambitu iterato, lectus quidem est in Colaum, sed libellorum supplicium vis tanta scelerum eius accusatione interpellauit Regem ut ignominie vulgatæ impatientia, illi se muneris, aulæque subduxerit. In

vtraque

viraque tamen fauente aduersaque fortuna, nunquam non Patribus inimicissimus.

Vehementer quidem novos Christianos tempestatis huius atrocitas teruit, damnumque affecit grauissimis, tum proseriptione diuini cultus, & operum religiosorum, quibus fidei sacræ inualecebat auctoritas; tum eliso cursu conuersionis ethnicorum, sed neque suis in posterum vtilitatibus caruit. Scin nefariis euersus conatibus, planèque inglorius sui similes aduertit, in legis diuinæ insectatione, malignè pretium operi respondere. Illi præterea qualicumque nostri exilij Rescripto tantum abest vt fides habita sit, vt aulæ potiùs, totique populo, errorem exemerit pertinacissimum de suspectis consiliis quæ speciosa Christi prædicatione à nobis tegerentur; cum tanta tot locis, & tribunalibus, tam inuidiosa, & subtili tot examinum crebritate & diligentia, nihil esset in nobis sinistri iudicij deprehensum; suoque magno cum pudore denique coactus Scin, quas vomuerat calumnias retorbere, & ad vnã redigere Christianæ legis accusationem, quod esset aiebat illic noua, & auitis Regni contraria legibus. Nec verò editis per se ac suos in eandem libris, quicquam illi detraxit existimationis & gloriæ. Tam validis illos defensionibus Doctores Paulus & Leo confutarunt, vt inde reuerentia, & amor in Christi legem, & Patres cresceret. Nec in vlla Prouincia quisquam esset, qui Scini motus insanis inuestiuis aliquid contra nos moueret; etsi erant ex nostris quatuordecim in quatuor diuisi Prouincias, octo Sacerdotes reliqui Sinenfes Catechistæ. Hoc solum placuit Rescripti Regij cauendum honori, & suspensæ apud illum causæ, vt abstinere publico, & sollempnes ad nos auditorum concursus vitaremus, rusticanis contenti mulsis, in quibus priuatim animorum saluti daremus operam. Nec deerant qui nobis latebras in suis illis suburbanis suo qualicumque præberent periculo. Certè Michaël Doctor, dùm Scin quàm maxime fureret quamplurimos habere potuit collegit, nec verecundiam sumptuum, & periculi quibus illum grauabant passus est ab se discedere. Quæ ipse animi celsitate velut beneficio communi promeritus est apud Christianos parentis appellationem, apud Deum verò conuersionem parentis vtriusque, multis pridem, & diu lachrimis petitam quod essent idolis tenacissimè addicti, præsertim mater, quæ se multorum pro iis laborum & largitionum frustrandam meritis stolidè dolebat, dici non potest quantis lætitiis, quàm dulci copia lachrimarum profecutus sit Michaël tantum Dei donum. Ieiunium dierum quindecim toti familiæ indixit (quæ centum constabat capitibus) ad agendas Deo beneficij gratias, & exorandam paucorum salutem qui adhuc supererant ex ea familia ethnici, quàm verò fortiter in defensione Patrum & Christianismi propugnatione partes egerint suas Paulus & Leo Doctores, illud asseri potest nihil ab iis omissum quod ardor exigat absolutissimæ charitatis: Paulus quidem spiritus Scin Assessoris, &c.

43.  
Tyranni  
Scin consilia  
euerfa.

44.  
Mendax.  
Christian. ar.  
dor sanctus.

suffragatorum illius odiis aperto Marte illum aggressus est; eiusque perfidiam, & sceleratissimum animum toti aulæ regnóque palam fecit quo in violentam, & crudeliorem tyrannica gubernationem agebatur; ac nisi fuisset pretiosior Patribus quàm ipsemet sibi, iturus erat in omne discrimen, & Mandarinatus, & vitæ ipsius. Sed conditio temporum, & potentia hostium perditorum erat eo propugnaculo coherentia. Vbi tamen aduertit præcipitari res in vltimam ruinam, non sustinuit tacitus earum exitum spectare: libellum per se composuit Regi exhibendum, ea ardentem religiosi spiritus generositate, vt absque continuis lachrimis à nostris perlegi non posset. Mira de Patribus & eorum lege præmittebat, inde suppliciter ab Rege poscebat vt secleratum trium quæ vigent inter Sinas, scientissimos in vnum cogeret, & in defensionem iuræ legis vel impugnationem Christianæ cum Patribus committeret; hinc nisi communi auditorum assensu, & singularibus sententiis Præsidentum arbitratorum, Patres superiores evaderent, & causam liquidò vincerent; tùm se mendacij, & impudentiæ conuictum, Rex condignis pœnis afficeret. Innocentiam verò Christianam, hoc experimento probati petebat. Daretur sibi regenda vrbs vilis, atque ignobilis, quàm Christianis institutis per Patres excoleret; seligerentur ex alia parte, sanctissimi quique ex disciplina Bonziorum, his nisi noui Christiani omni virtutum genere iudicaretur sanctiores; tùm paratum se fore ad pœnam quamlibet ex sponcione persoluentem. Condiciones has viri magnanimi, non tulit proponi, religionis status tùm modis miseris vexatæ. Doctorem Leonem gradu imparem fauulo, vtebat par in Christum amor, duarum vrbiùm lucrosam nactus, & clarissimam Præfecturam, mutare hanc minùs illustri, miris- que vtili ambiuit, modo in Prouincia Cantonensi, per quam vnus est Lusitanis in Sinas aditus, vt illac nostros accerferet. Magistratu ductus ampliori gratulatus est sibi eam dignitatem in qua plus posset Ecclesiæ prodesse, totamque illius honoris potestatem eo præcipuè contulit, Patrem qui missionibus præerat confestim per literas monuit, Macaum Patres euocaret, qui Sinarum linguam vtecumque discerent, se suo periculo quamcunq; mallent Sinarum Prouinciam iis aperturos, & in ea tuto seruaturus. Iam qualis vita esset, in familiaribus ipsius moribus legebatur, quæ precatione, meditatione, collatione munita de Christi doloribus cœnobio propior quàm palatio videbatur. Quas verò delicias hauriebant ex diuinæ Eucharistiæ epulo, eas dictum quadraginta aut plurium promerebantur apparatus, orationibus, & spontanea sui afflictatione, quæ ab intimo pietatis cultu nunquam abest, eratque Leonis familiaribus solennis, vt & ieiunij Ecclesiastici observatio, Sinis licet idcirco valdè onerosa quod assueuerint quater vt minimum mensam quotidie ponere. Abstinere se verò à carnibus prima noui anni & plena Luna, si sabbatum & sexta feria in dies illos incidit, toti Regno festis lætitiis, & conuiujs celebres, opus arduum putant,

putant, & heroico grandius, de quo tamen Neophitus iuuenis stupenti ethnico quoddam diebus verno tunc ieiunio inclusis ieiunaret; doctè satisfecit, aens olim se quoque cultorem dæmonum, eorum dierum iis ieiunia consecrasset; nunc se adoratorem veri Dei patrem non fore pudori ferendo, atque opprobrio, nisi tantum saltem veri Dei honorati, & amori daret quantum dæmoni olim tribuisset. Duo triæ ex multis subiicio de priuatorum heroicis dotibus in coniecturam plurimorum quos hinc iusto maior numerus excludit. Christianum Mandarinum quidam in aula Nandhinensi clarus, filiis dederat pædagogum, formæ præstantis & periculosa, huius amore puella famula ad infamiam capta, post tentatum frustra & sollicitatum diu & sapius, & blanditiis omnibus iuuenis pudorem, repetita crebro repulsa ardentior & impudentior, denique illum egregio munere conuenit, sui erga illum amotis pignore, testata si reiceretur, se nolle vivere, nec fore repulsa superstitem. Acceptum munus fortissimus iuuenis ad Mandarinum defert, causam muneris narrat & molestissimam ac diuturnam flagitiosa puellæ impudentiam; ac mihi quidem, ait, ruptum pectus ante dissiliat, quam impuro amori aditum præbeam. Cæterum quia improbilissima femina perferre diutius importunas molestias iam non queo, & hoc turpius furit, quod validius à me reicitur, aut ipse te oro pro tua potestate de remedio videris, aut certò certius, exinde domum tuam pedem non infero. Nihil motus ad hæc Mandarinus, imò ait exinde te domi libentius quam antea volo, nec minus quam filium diligo, de puella securus in posterum esto. Quicquid puellaris amentia, & amorum finxit, meo imperio, & consilio finxit. Probare volui quantum tibi tuto fidere possim, & credere; experiri præterea libuit, an Christiana lex vt passim dicitur transformaret vos in aliam naturam, meliorem communi, an duraret vos in virtutem quandam, humana fortiorem. Puella quidem deinceps à iuvene constanter abstulit, & Mandarinus hoc inter Sinas impudicissimos castimonie Christianæ inusitatum prodigium cum admiratione prædicauit.

Addo huic feminam, mensium paucorum Neophitam, sed virtute & animo masculam, nomine Luciam. Dùm grassabatur Nanchini Scin aduersum Christianos, iussa est pro tribunali se sistere Christianismi, eiusque prædicatrix: bonum factum, inquit, vel enim detur occumbere quòd Christum prædicarim, vel quòd eius causam animosè defenderim, vivere; utrumque mihi in voto est. Oppertenti dictum diem, misit matrona Christiana duos filios suos Literatos qui eius causam patrocinentur; illa remisso comiter eorum obsequio, si subeunda mors, inquit, pro Christi fide, defensione non egeo; si defendenda Christi fides, hoc ipsa præstabo. In prætorio itaque spectatibus frequenti, solitòque tortorum, & cruciatuum apparatu, rogata num sectaretur legem Patrum, eamque passim aliis suaderet, & persuaderet; de se vt respondit; de aliis intulit, vrinam dicendo &

E c c . 2.

4.  
Christ. Nanchin. virtutes egregia.

prædicando tantum possem, nulla esset Nanchini femina, quæ mollet esse Christiana, postea de bono religionis Christianæ, & miseris ethnicorum, tam magnificè dixit & solidè, tantæque iudicis approbatione, & adplausu, vt parum abfuerit quin acculatores infantis heroinæ damnarit ad verbera, iis ergo probrosa increpatione à conspectu amoris, absoluit accusatam, magni vt erat animi feminam plurimum laudauit; Christiani gratiis Deo actis, defensionem liberam sanctæ legis gratulati sunt victrici, & domunculam vsque exhibere illi honorem Comitatus; eò ferè vnà cum accusatores aduenissent, excusata Christianæ legis ignoratione, facti veniam poposcerunt. In ea que sequitur fuit erroris aliquid potius, quàm culpæ; Christiano nuptat ex iis vni qui erant Patribus carceris socij; hæc solitudinem pertasa, teste omni probitatis suæ, ac pudoris carentem, bona mariti cum venia, secessit apud patrem suum; illuc ex quo intravit, tumultuarii mox ethnicus, & inhumanus senex, & continuò deinceps afflictam laceffere, quicquid morosa improbitas, & malus dæmon linguæ suggereret vomendo, vt à Christo abductam ad sua idola reuolueret. Hæc vbi maritus post dies aliquot accepisset, reciperet se domum mandauit, se pudoris ipsius vnice securum, nolle religionis eius constantiam ob inanes metus in discrimen adduci, & tanta molestia vexari. Domum redux matronam in somnis conspicit augustiorem humana specie, vultu seuerum inter, & placidum dubio. Quærit imaginibus quid factum, quæ solito loco minimè cernebantur. Abdidisse illas in tutum se ait, ne qua iniuria tum illæ, tum ipsamet earum causa violaretur, tyranno Scin Christianum nomen immanissimè agitante. Matrona blandè reprehensam pusilli animi, & diffidentia, monet eas reponat suo loco, precandi coram iis, consuetudinem instaurer; mariti curam Deo integrè committat; cuius ille pro causa pugnat, eius innocentiam defensurum. Postremò vrget, pannosque ad ore infantis filioli quibus prævocabatur amoueret quod illa euigilans, nihil præter fortuitum somnium censuit; materno tamen vel amore, vel boni genij instinctu stimulata, exiliit, infantemque in cunis reperit, reuolutis in faciem pannis tantum non animam agere. Inde in fletus vberes effusa, & timiditatis petita venia, icones sacras loco restituit, & coram de more ad vsque auroram precibus insistit. Tunc sui præ gaudio vix capax maritum adit, visum narrat, Christianos vna Christi causa, non vno carcere detentos magnopere reficit, promissione illa peculiaris curæ quàm pro iis gerebat cuius ipsi pro causa vitam ponere gestiebant.

Considerant fluctus tam diuturnæ, tamque à me prolixè narratæ tempestatis, & cœpere nostri è suburbanis latebris prodire, quas illis handquaquam mortis & carceris, sed profligandæ religionis metus straserat; si confidentius Rescripti Regij maiestatem spernere obstinassent. Quamquam nec eæ quidem cuiquam illorum fuere otiosæ, sed centenis ali-

quot ethnicorum ad Baptismum perductis frugiferæ. Præter culturam Neophytorum assiduam, sed pompæ ac publico cauentem.

Nunc tempus mutandi prolixissimi argumenti, & suspiciendi cum multis sapientibus Sinarum, diuini arcanum consilij, cuius nutu in Sinas Tartari subeunt, dùm Euangelij præcones, & Christi lex ab austro extra Sinas à Rege pellitur, fuitque strages impressionis illius in regnum prior, imperij aditus quod subinde tentatum, paucis denique ab annis Tartari occuparunt, magno Religionis veræ compendio. Certis enim ad nos perlatum est literis P. Ioannem Adamum Scial familiarum vsu comitate qua dignabatur illum Tartarus Sinarum Imperator, impetrasse ex eo nostris vndecumque gentium venissent, liberos in Regnum aditus, facultatem diuinæ legis promulgandæ, & ædificandi Deo templa, nulli Mandarinorum iuri, potestative obnoxiam. Iam si velim belli huius causas, casusque persequi, vbique Sinenibus funestos, longè extra lineas iero, meque ab iis idcirco libenter abstineo ne illos impugnem, qui longè ab iis diuersa scripserunt quos rerum gestarum habemus testes panè oculos, dumtaxat ex his libellum hic reddo quo Præses Senatus bellici, Sinarum Regem Vanliè conuenit anni 1618. Augusto mense, quòd multa ex eo in præsens non parum faciant. [Hoc, aiebat, imperij vestri sexto & quadagesimo, Luna sexta, Sciancius tribunalis Pimpu Pechinensis hunc Regi libellum porrigit, occasione Tartarorum qui perfracto à Septemtrione magno muro, in Leaotunum Prouinciam inundarunt. Terogat ò Rex quàm demississimè! vt rem tanti cures, ararium sine mora pandas, militem conscribas, comteatum pares. Eam ob rem opus est vt noris quod Mandarinum sub muro agentes Septemtrionali, hoc mense me monent. Tartaros nimirum tota illa Prouincia affixis palam programmatis edixisse, tantum sibi esse hominum & armorum quantum opus sit ad hunc orbem Sinarum subiugandum; diem quoque prælio dixisse, atque obiisse. Per apertum intereà murum egisse nostros in effusam fugam, ingentem eorum cepisse numerum, eosque pridè quàm confligeretur sacrificasse, magnis vocibus Ducei suam, Pechini Regem acclamantes. Ducit aliquot centena hominum millia; neminem ex iis non egregiè armatum. Prodiere in pugnam ex nostris Duces octo supra nonaginta: duo in iis supremi; militum millia trecenta, pugnatum, debellati Sinæ, Duces duodequadraginta periere, alter ex duobus supremis; caesorum numerus infinitus; capta multa millia; proculcati in fuga, & receptu ad mille, interfecti ex Præfectis Sexcenti; viciniore campo vrbes tres habitatoribus vacuas, eodem prælio occuparunt. Ad hæc tam funesta conuenimus Colaus & cæteri aulæ istius Mandarinum, consulturi vnà de vitando tam præfenti, & graui periculo. Videtur cælum, dicere liceat, iratum nobis, pro hostibus stare, alioquin iis ad tantam nostrorum non fauisset stragem, nec primo impetu tres vrbes subegissent cælo vindice

Ecc 3

45.  
Sinus Tartari  
ingr. dùm  
Christi lex  
eiicitur.

47.  
Admonitio  
acerrima ad  
Regem Sin.

id factum & mecum alij obseruant, nec obscure loquuntur manifesta prodigia. Prouincia hæc Pechinensis, pluuiæ stillam anno proximo non sensit, cuius siccitatis insolentia incredibili stupore mortales siderauit. Vicinam Sciantunensem famis rabies adegit ad fœdandum humanis carnibus macellum. Nanchinensem talparum & murium ubique lues innumerabilis & improuisa infestauit; Pechini deæ de quinque partibus Regij tui palatij conflagratur; turbinis glomo urbem peruolante, diruta turres quinque; soles vidimus duos alterum alteri superuenientem, sunt hæc omnia ominosa, sed ominosior ille in palatium, parricidæ, ad occidendum Principem filium ingressus, renique peregerat, nisi repente occursum malo esset. Quod tamen ad nos tam horrendum, clamorem altius tulerit Mandarinus, fidelitatis sua testem, eius fidei præmium accepit quod perduelli sicario debebatur. Eum enim carcere damnasti, frustra que hæcenus ad eum liberandum laboratum est à nobis quæ nostris precibus, quæ innocentie illius comprobatione ex quo nobis nimium constitit, te neque supplicium nec innocentie inculpatae ullam habere rationem. Fatigatus præterea tot libellis Proregum, dolentium australes, & aquilonares Prouincias tributorum oppressas mole in summis versati miseriis, querelis illocum surdas aures perpetuo dedisti. Surdas quoque tuis Mandarinis qui toties supplicauerunt, in publicum exires & more maiorum ius dices, ut regni tui administratio, cœli filium, qualem te dicimus minime dedeceret. Respondisti enim valerudini tuæ imbecillæ, hyemem non esse idoneam; expectauimus dum annus mitesceret, primaque nostri anni Luna ver primum reuheret. Tunc tantum abest, ut verbo allego satisfeceris eorum libellis, quin & acceptos in ignem coniecisti. Si tuo clausus palatio, edis, bibis, dormis, nihil pensi habens præterea & quæ essent curanda potissimum non modo negligens, verum neque de iis moneri sustinens; sed ab instantibus atque urgentibus avertens oculos. Hinc numerus cladum, hinc bella, & cœlum faxit, ne pax omnino nos deserat, quod minari visus est fluminis sinis palatium peruadens dum pro limpido, ut solet, cruentus apparuit. Sed habet nos magis sollicitos quod ex Prouincia Scianfensi, tertia Luna huc scribitur, terruisse illos spectrum hominis, veste crocea, pileo viridi, flocco in manibus plumeo passim vociferans. Regnat multo iam annos Vanliè in Sina, regnandi tamen ignorat artem, mare in palatio, & fertit; perit interea populus mala fame, Duces ferro hostili conciduntur, regnum omne in ruinam præcipitat. Conturbati hominis vocibus Mandarinis, & Prorex, frustra mox illum undique rogarunt; ille monitione hæc defunctus, videri desit. Sed vates nimis verax quas pati cœpimus calamitates designauit: denique igitur etiam atque etiam te oro, moras ut omnes remedij amputes, aperto aratibus largis stipendiis exercitum facias, nec modo grassantibus obstas malis, sed eas celeriter obuiam grauioribus quæ nobis imminet. ] Sic Præta

confilij

consilij bellici, pro ea libertate quam Reipublicæ Mandarinum erga Regem usurpant legum, & regni negligentem quantumvis illum cæli filium nuncupent, idemque Vanliè acerbius aliàs perstrictus est à monitoribus Mandarinis, metúque ac minis ab eo abstinet, à quo illum nec iuris, nec boni ratio dimouebat. Subsecutus libellum Præsidiis cometes ille ingens trimestri post, Nouemb. 10. anni huius 1618. debus inde quindecim trabs in cælo ignita, ductaque ex iis Mathematicorum præfagia Sinas tenere magno terrore attonitos; nec regem latebant qui totus erat in versandis consulendisque prædictionum libris, & Collegij sui Astrologis.

Hoc demùm tam vario, ac tanto strepitu expergiscitur Vanliè, bellum parat; Martio anni consequentis, aduersus Tartarum, militum educit sexcenta millia, pugnatur passim, dubio interdum, aduerso vt plurimum Marte. Donec totis virimque viribus commisso prælio, debellati sunt Sinæ, refertque Vagnonius se audisse, tùm multiplici veltatione, tùm iusto & vltimo prælio ad trecenta millia Sinarum occisa, & in iis florem bellatorum ac Ducum, tantus alios inuasit stupor, vt dicitarent Sinas ab equis Tartarorum vorari, & sorberi viuos. Campi dominus Victor, præda & spoliis immensum auctus Leoantensem cepit Metropolim, vrbes duas vicinas, igni dedit; octo fectè Pechinoleucis castra posuit; eaque Regem trepidatione, ac rerum omnium desperatione obruit vt cogitaret in oculis populi per mediam vibem aufugere, & iis metum palam suum exhibere, quibus nunquam exhibuerat maiestatem. Deterritus est ab eo proposito, quanquam ægrè, ne arx imperij suo Rege orbata desereretur simul à Ciuibus; & eius culpa Tartaro cederet. Tunc versus ad cælum, Mandarinis mutationem vestium & cultus in luctum; ieiunium omnibus indixit; restatus idem se quoque præstare, & sacrorum ingenti numero parentari militibus voluit quorum in campo iacebant cadauera; inferis animæ torquebantur. Erant Pechini tunc è nostris quinque in varia seiuncti, Saluatoris ædem seruabant fratres duo, cum Riccij sepulchro, quod ab vnguis Eunuchorum Doctor Paulus prosperè tutatus fuerat. Sacerdotum alterum habebat domi Nazarius è stirpe regia præstantissimus Christianus; alterum cum fratre, insignis armorum Mandarinus. P. Franciscum Sanhiaium Doctor Paulus elegit hospitem, suo profusus ex ingenio, & ardentissima fectum pietate. Agenti ergo cum illo scæpius de sacra fidei propagatione succurrit animo posse in Coria, seu Coraio spe messis vberriam sementem fieri; nec fuit difficile ingeniose charitati conficiendi negotij modum inuenire: fuit ista illa pugn. qua profligati sunt à Tartaris Sinæ, cæsa sunt Coriorum millia ferè duodecim sed nemo in fuga, nemo infami à tergo vulnere, omnes aduersis confecti pectoribus, & gradu quem obtinuerant pugnando cecidere. Hinc certò inualuit, ad hoc animi robur si ars accederet, & meditatio campestris militiæ, fore Corios bello Sinis decuplo meliores. Ad

hoc

48.  
Rex Sinar.  
Vanliè de-  
bellatur à  
Tart.

hoc Paulus Doctor scripto docet mittendum in Coriam aliquem ex superioribus Mandarinis, qui gentem illam armorum vsui aduectat, ut stiumque ex ea conflet exercitum, qui vnâ & Sinis vt extra mundum Tartarorum impetus recundat. Hoc Pauli scripto, nihil potius probabilius venire, nihil rationum momento solidius, nihil inhihendo Synarum exitio certius. Hinc à Præsidibus armorum, supplex condidit ad Regem libellus qui festinato responso consilium probauit, huiusmodi est ad iter & præfecit executioni Doctorem Paulum cum extraordinaria potestate. Suam ipse ad hoc detulerat operam, quòd aliqui Mandarinis perinde ferè sit auelli extra Sinas vt extra mundum exulare: noui huius honoris velut misso cœlitus nuntio, totus in Deum animo effusus singulari se illius munere agnoscit ad regni vnus conuersionem adhiberi: nuntio mox Sambialium eodem beat, amboque in genua beneficij auctorem reuerentur, & suos illi denuò sudores vitæque aded in hoc fidei sacrosanctæ obsequium deuouent. Dumque vasarium tanto Magistratui paratur in externum regnum profecturo, libris ab se partim compositis, partim è Riccio depromptis parat in Coraij primùm, post toto deinceps regno illo Christi nomen, & legem inferre. In proinctu ad discessum stababat, cum grauissimus Consiliarius prudenti suo, sed maligno instinctus dæmone rem omnem discerit, Pauli iacturam in Coriam ituri nulla sat in armis Coriorum peritiam præfandam fore potius in aulam si abesset, vocandum ad securitatem regni, quantò nunc minus ab aula remouendum: parem consilio, prospicientia, casibus elidendis huic esse neminem. Rebus in ruinam vt erant vergentibus, posse incidere, vt bono exercitu vtilior sit bonus Consiliarius. Non defuturum idoneum alium qui bello Corios aduectat, sic petitum ex iis fortemque exercitum præstò Sinis futurum nec defuturum excellentem Consiliarium. His persuasus Rex, mutauit sententiam, Pauli nihilominus illustre meritum dignitate auxit quinque gradibus altiori, etsi contra vsum morèque pugnaret aliquem fortuna omisissis gradibus desultim crescere. At is longè acerbius doluit præreptam sibi occasionem rei pro Christo eximie gerendæ Sinarum imperio pretiosorem, quàm repositis pro ea honoribus acquieuit. Sambialium quoque, vt iacturæ insignis, ita & inærotis socium ex inuersione tanti negotij lugentem consolatus est, expectatione meliorum, quæ assecutus est postea, sed multo leuiores ad salutem hominum momenti. Occurrit hic anno 1613. ad medium Februarij, Nicolaus Trigaultius in Europam missus, quòd per necessarias ambages difficillimum iterum, sexto tandem vix anno peruenit. Passis in austrum velis & portus Indiæ obiens mercatorum negotiis celebres, applicat Bandaram, seu portum Bassium, in Sinus Persici faucibus, è regione Ormuzij situm. Illinc terra Bassorum Persidis delatus coactus est Ephraem radere, Bagadad, & Massul attingit quas Babiloniam veterem & Ninuam aiunt. Inde se in deserta Petreæ Arabiæ immisit, quibus

49.  
Pia Doctoris  
Pauli industria ad propagandam fidem.

49.  
Disturbatur.

50.  
Trigaultij  
iter ex Sin.  
in Europam  
bono, vel  
feliciter.

dierum quadraginta itinere traiectis Heliopolim venit, nunc vulgò Alepam in Syria, tùm Alexandreram seu Scandronam ex qua mari Mediterraneo Hydruntem appulsus percurfa Gallia Germania, & Hispania, Indicam nauigationem Vlyssipone iterauit Aprilis sexto & decimo anni 1618. equidem tunc seram, sæpiùs infelicem, semper ancipitem, ob stas ventorum periodos qui tardiores ad discessum naues aut medio in cursu deserunt, aut compellunt, rafa inter insulam S. Laurentij & Africam ora in Mozambico hyemare, infestissimo Europæis cælo, quanquam nec eò vsque distulit lues quædam naues in nosocomia totidem vertere, quarum altera, è nostris in Sinas duos & viginti; duodecim altera in Iaponiam vehebat. Vix oram Africæ bimeltri legerant cum pestis illa repente se fundens lethales statim notas in contactis prodebat. Paucos præterit immunés, in quibus ipse Trigaultius tunc solùm decubuit cùm valere alij cœperunt, & virium robore morbum denique expugnauit; ex iis quos secum ducebat quinque non integro dierum tredecim spatio in mari sepeliuit. Hoc societatis homines tributum annum persoluunt Oceano, seu Deo potiùs, eiusque gloriæ cuius in iis studium tam certa pericula adedò non retardant, vt è contratio apud Generalem multorum annorum ambitu ea sibi depolcant, & quidem iuuenes non è triuio lecti, sed iis instructi dotibus, quæ sint muneri tanto pares. Neque alex ignari quam subeunt, certè vel ex quo dominum Lusitania mutauit ex decem & septem qui potu soluerant; nouem iter consumpsit. Paucis deinceps annis ex vndequadraginta, mare viginti sepeliuit. Nouemdecim antea Vlyssipone conscenderant, Ex iis præter tres seminiuos nemo Indias attingit. Philippus Trigaultius Nicolai frater, paulò quàm applicuisset Goam interit. Sed quinarium illum quem mari sepultum diximus magnoperè illustrat P. Paulus Cauallina, patria Bononiensis, Italus natione, Mathematicis excellens, sed gradu virtutis excelsior: Deo in Indias vocanti, obtemperauit agrè ac timidè, vt peruincendi metus difficultas obedientiæ præmium augetet. Reputabat animo se in itinere moriturum, nec satis capiebat cui bono Italiam sua opera priuaret, non colaturus eam in Indias. Exagitauitque hic illum timor quoad extra Europam nauigauit; aliunde apud se statuebat, parendum omninò vocanti se Deo seu victurum inter Indos, seu viuendi finem in mari facturum. Et verò fortiter paruit, fuitque valentior animus ad vindicandam sibi pugnantem naturam quam ad deprimendum animum naturam, quam illi de se victoriam arduam pensauit Deus (quo ferè assollet) suauissimo tùm desiderio moriendi, tùm eius desiderij cumulo, morte videlicet, præter magnanimam obedientiam, charitatis merito quaesita, & insigni: consolabatur iacentem Trigaultius quod non videretur eius morbus vt aliorum pestifer, & lethalis. Cui Paulus futuri conscius, cuiusmodi cùmque sit morbus, inquit, certo moriar, quod tam hilari animo affirmauit vt rogandum putarit Trigaultius vnde idem

F. f. f.

51.  
Petri Cauallinae illustris obitus.

tam certum haberet, data fide secreti respondit, se cum P. Terentium cerneret ex lue mortifera conclamatum, vitam suam Deo pro illius vita magno desiderio despondisse, scire se ratum à Deo habitum id vorum; ceterum immensas debere se Deo gratias, quod se hominem nihili tanto viro succidaneum admisisset, qui magno præ se intervallo futurus erat utilior, nec Trigaultio scitanti quicquam præterea retulit, sed sexto quàm ægrotarat die obiit, scripsitque Trigaultius vidisse neminem tam certa proximæ salutis fiducia gestientem: animum agenti, & interclusa iam voce, Trigaultius quo recreaturus illum esset probè gnarus, in aurem illi tacitè iubilum D. Bernardi succinuit. *Iesu dulcis memoria, &c.* At is tam dulci exitus nomine, collecta ut potuit voce, sic ut audiretur canens, & moriens securus est cantem. Vitam huic socij Sinensis expeditionis, acceptam retulerunt; oraturum enim se pro extinguenda lue receperat, & nuncupatum ab iis votum quoddam S. Xaverio oblaturum. Eius itaque morte, desierunt mori, & itineris reliquum sani peregerunt: ac promontorium quidem bonæ spei Julij 25. aggressi sunt, sed ante diem Octobris quartum Goam non licuit tangere, vbi relictis qui studia nondum absoluerant, cum aliis Macaum anno sæculi nono & decimo vertente applicuit. Præcurerat aduentum eius fama, & optatissimus afflicto comparuit, vim enim donorum pretiosam, & ingentem vehet à Principibus Christianis Sinatum Imperatore dignam, horarias præsertim machinas, libros, & tabulas, (omnia labor exquisitæ manus) quæ annis abhinc denique non paucis magno Christianæ rei compendio Regi oblata videbimus. Attulit quoque sacras reliquias, & suppellectilem altarium splendidam; eius quo potissimum egebant nostri spes magis quàm aliquid ratum & liquidum, commeatus nimirum ad sustentationem operarum. Ad hæc multa prærogatiui iuris, quædam species magis quàm necessaria, quæ Inspector & præpositus Prouinciæ questi sunt in Europam ab eo impetrata; longè grauius exposulaturi, si angustia illi Ecclesiæ, ac prope quotidie vacillanti, quod per eum non litit, secum duxisset Episcopum, quem nec potuisset in Sinas inducere, & nostros omnes apud gentem lege ac natura exteris inimicam, in discrimen vltimum coniecisset. Euicit quidem ut ab Iaponia distat Sinæ, Viceprouinciæ nomine per se regerentur, cum præter duodecim socios, paucas sedes, nullum Collegium haberent, nisi erepta Iaponia Macaum iis tribueretur. Hæc ab Aquaiua cadente iam senio concessa, successor Vitelleschus ex reuerentia rescindere noluit, sed cauit ne inter Sinas, & Iapones, nostri mutuis inuicem necessariò apti, fulciendique præsidii aliquid caperent detrimenti, si duobus subessent Præpositi. Quare decreuit utrobique, seorsum singulis fore ius suum integrum regendi, sed ab vno tantum Inspectore, seu Visitatore Prouinciæ suspensum. Facultate præterea sacri recto capite celebrandi diu expetita, tanti dignitatem mysterij à vulgi contemptu vindicauit. Sinis enim præterquam

præterquam quod deformis est nuda crinium structura; etiam caput aperire vile habetur, & rutticum. Hanc à Paulo quinto Trigaultius, facultatem breui diplomate reportauit anno 1615, vigesimo Martij à sacris quæstoribus condito. Verum ea lege ne vulgari pileo vterentur, sed quo soliti essent in sacris pulpitis: aut qui alioqui haberet aliquid maieftatis. Postremo nostris indulfit Pontifex vt idiomate Sinenfi diuinos codices redderent, non plebeio illo, & omnibus noto, sed Literatis peculiari, & proprio, tamque diligenter, & religiosè non modo vt sensuum interpretatio textui, sed verba etiam quoad fieri posset responderent. Verum qui præerant, opus haud ita necessarium laboris tamen adeò lubrici, diuturni, & ardui Patrum nemini credendum iudicantur quantumuis in ea Literatorum lingua plus annis triginta versato, imò quod Sinenfibus dabatur ad sacros ordines promouendis vt possent eodem sermone ad aram vti, administrare sacramenta, & pensum officij Ecclesiastici persoluere, non constat vnquam reipsa vsurpatum; his ad initium anni 1620. narratis, qui nouum imperio Regem dedit priusquam de illo, & conuersione Reipublicæ agamus, reuisendus est nobis in Cocincina Buzomius illius conditor expeditionis, quem illic ante quinquennium, magnas gerentem expectationes reliquimus.

Ac principio quidem fluebant illi omnia ex voto magnis ethnicorum accessionibus ad Christum, formabátque is suos Neophytos ad eam animi & morum sanctitatem quæ esse aliis censura posset. Et erat hæc odij euula, quo illum tacitè prosequerentur Onfaij sacrificuli idolorum, post fundata præcipuè templa duo, quibus construendis larga Christianorum magnificentia, & in frequentandis egregia pietas eorum oculos acerbè perstrinxit. Sed eorum furorem occultum premebat Buzonij gratia apud Regem, qui aduentem non modo humaniter & honorificè, verbis, & muneribus ornat, sed amplam illi fecerat potestatem, Christum prædicandi ædificandi templa, Christianorum numerum absque numero augendi. Quibus Macai auditis mittitur qui ea exploret; additur eunti Sacerdos alius Franciscus Pinna operam ibidem Buzomio iuncturus. Pinna secundus, & florens ad animarum salutem aditus primis diebus mirificè blanditur, sed tanta paulò post tempestas ingruit, vt tantum non perderet funditus quicquid antea partum erat. Cocincinam quod pridem scripsimus, vt Egyptum Nilus, statè quotannis ingentes pluuiæ, & fluminum ex iis immensæ restagnationes, vbertim fœcundant. Verum huius æui annus decimus septimus, pertinacissimo sereno, ita eam sefellit expectationem, vt ne stilla quidem, cælo velut irato & æneo flueret, exclusaque serendi copia, certoti regno instaret fames. Huic auertendæ, cum sacris nefandis, fatigatos Deos, cælumque Bonzij non mollirent, mali causam inter se, non errantem naturam, aut elementa deuia esse statuerunt, sed scelus, cuius spreta, deserta, proffigata, patriorum Deorum maiestas poenam repeteret; proin nullo eos posse piaculo efficacius placari quàm Patrum.

E. f. 2.

51.  
Siccitas ecclesiæ Christianis impertur.

sanguine, qui legem inuheret horum magistrum sacrilegiorum. Sed quod  
mitius ageretur, & Rege inoffenso cui erat Bōzomius in paucis gratiorum,  
rem esse per populum tentandam annonæ desperatione incipientem iam  
furere. Concitatus itaque populus fremere, concurrere ad fores pala-  
tij, vociferari magnis clamoribus & Patrum exilium flagitare, ad pla-  
candam eorum expulsionem deorum iram; & Regi repetitis nuntiis tur-  
bas discutere conanti repetito & ipsi ululatu, minari sibi violentas ma-  
nus, nisi annueret, sibi enim esse tolerabilius voluntario laqueo semel  
interire quàm fame diuturna quotidie: denique Regem expugnantem,  
Patres humanissimè per suos admonet, si se diligenter ut eos ipse vicis-  
sim amabat, redderent hanc suo amori vicem, necessitati cederent tan-  
tisper, post biennium redirent; se libentissimè illos recepturum, nec  
fieri aliud in præsens potuit ne infanienti vulgò obiiceretur Regis  
caput.

Portum adeunt, discessum parant, nauim quærunt, sed frustra.  
Aliquantò prius omnes abierant, & stabant tunc venti lege immobi-  
li quadrimestres, vela facturis planè contrarij. Hac tamen Patrum  
comparatione ad discessum placatus populus, perinde ab iis me-  
tuere desuit ut si extra Cocincinam essent. Hæserunt interea inter vi-  
gulta lacunosa, & aquis residibus putrida, ex quo factum ut soli  
paludosi, & cœli ætuosissimi afflatu omnes ad mortem ægotarent,  
nec vllis precibus exorari se passi sunt ethnici ut curandi in urbem refer-  
rentur, imo apud illos Christiani partitis horis excubant, ne quod  
maximè timebatur eorum obitum ferro præuenterent ethnici: quo tem-  
pore duo contigere quæ acerbissimo dolore, Patrum auxere miserias.  
Alterum prospectus flammarum quibus templum Turoni ardebat,  
Bonziarum suasu à plebe incensum. Alterum inductæ magicis can-  
tibus pluuiæ sacrilegum, & detestandum miraculum Osaij cuiusdam  
meritis attributum, prodibat is sua ex eremo ut cruciabilis vitæ  
suæ ostentatione vulgi captaret admirationem; fortassis etiam, in-  
signem gloriam adepturus, si quod Bonziz omnes, piaculis omnibus,  
votisque in cassum contenderant ipse vno verbo, imperans, magis  
quam impetrans de cœlo extorqueret. Conscendit ergo dicta die in  
montem populo comitante, suas immurmurat impias cantiones, stipatur  
cœlum grauidis nubibus, eaque mox copia pluit quæ vitandæ fami-  
abundè succurreret: hinc omnes certatim acclamare, vestes & vestigia  
lambere, triumphantem in urbem inducere. Rex ipse secum habere vo-  
luit inquilinum, & regali munificentia exceperit, insultantibus ethnicis  
Christianorum imbecillitati, qui ab suo illo cœli Domino quem Pa-  
tres iactabant Deorum omnium potentem; aquæ guttam non valui-  
sent exprimere, Onsaiu vir sanctus pluuiæ affluentem dicto citius exo-  
rata regnum vniuersum recreasset. Quæ sibi toties exprobrari cum  
Christiani ægrè indignantèrque ferrent, matrona præcipuè in illa  
Ecclesia virtutis dolentes consolata, prædixit non diu fore cum pro-  
deretur

53.  
Magus plu-  
uiam ciet.

deretur Osaj Bonzj scelerata simulatio, eiúsque probro foedata concideret omnis illa ethnicorum iactantia: & vero in aula flagitiosus sy-cophanta familiaris agens cum feminis quas sermonis, & oris gra-uitate fecerat minús cautas, vnam ex secundariis Reginis, deperit, tandemque constuprauit; & solemní damnatus iudicio defossus est vinas. Hinc versæ in ethnicos vices, requiritare ex iis Christiani fatin' perciperent cuiusmodi esset venefici sanctitas ex qua imber subitus fluxisset; & ad omnem occursum vel solo aspectu rubore suffandere. Paulò ante quàm hæc euenirent Deus in hospitium commodum ex illis paludosis, & lethalibus lacunis Patres collegerat. Pergebat in aulam, Pulocambis Prouinciæ præfectus, qui ex itinere audito Patrum exilio, & calamitosa statione in qua ventos Macaum opperiebantur, misit qui nummos decem ad Buzomium ferret, ad quem intimè afficiebatur, & polliceretur se sua triremi Pulocambim vecturum, daturum illi fa-bricando templo solum gratuitum, & legis diuinæ propagandæ libe-ram facultatem. Sed promissi moras anteuertunt Iapones Christiani, Patres per obscurum noctis silentium subductos Faifum deportant, rebúque oportunitis liberalissimè consolantur non absque ingenti vi-cissim præmio, singulari nimirum in omnibus vitæ ac morum emenda-tione. Faifi partem Sinenses incolunt, Iapones alteram sed Iuis vtrique legibus: eius vrbs Præfectus, correctione illa morum iucun-dissimè affectus, de illius auctore tam multa magnificè Turoni audi-uit, non modo vt is Patres intra Cocincinam vitro retineret, sed ro-garet etiam Præfectum Pulocambi ne in Prouinciam reuertens illos sibi vrbique eriperet, cui tanto emolumento essent; sic demum amica lis ditempta, vt Pinna Turoni remaneret, Pulocambim Buzomius cum fratre Dias & Augustino Catechista peterent, nouæ Christianitatis se-mina iacturi. Est vero Pulocambis sonátque Malaio sermone capra-rum insula: sic illam vocarunt Lusitani; quod capræ figuram repræsentet, in Cocincinæ extremis, ad austrum sita est, & iuncta Rarrano, Ciampæ regno confinia statuit. Vrbs eius primaria Nuocman, illic Prouinciæ Præfectus Pinnam omni per mensem integrum comitate amicissimè recreatum, elephanto sublimem imposuit illustri cinctum comitatu, vt possessionem initer soli, quod illi ad domum construendam, & ponend-um vero Deo templum liberaliter donabat. Inter hæc Macao Lusi-tani primis vsi reducis anni ventis, Petrum Marchezius pro Sa-cerdote, Christophorum Borro pro nauita in Cocincinam secum adue-xerant, occupaturos Buzomij vices quem erant Macaum curationis gratia reuecturi, cum aut fortuitò naturæ aut Dei miraculo repentè curatus est coeunte absque vllò remedio abscessu pectoris quo laboraue-rat, nolente opinor vineæ Domino tot eius sudoribus cultæ, aliis eam ma-nibus credere, qui vero illi subsidio venerant quantumvis habitu simu-lati, agniti tamen sunt, primamque in rabiem Bonzios, & populum agebant, nisi opportunè impres copiosi totam merfissent regionem: sua

F f f 3

54.  
Nouæ per  
Cocinc. mis-  
siones.

enim quisque tunc ad negotia & hilaritates adiiciens animum furere desit, didicitque aduentum Patrum haudquaquam siccitate à cæcis ratis vindicari; sed à vero Deo optatis pluuiis fortunari, cælo digne appellerent suspensio, ad eorum appulsum cogente, mox nubes, & vberim profundente. Quæ ratio perceptu facili, non omnem tantum de Patribus Regi exemit dubitationem, sed fecit etiam illi cariores. Et quia metuerat ne Lusitani mercatores eorum offensi exilio, sibi portubus abstinere, maiorem in modum gauisus est conspecta nauis quæ Patres aduexerat, eiusque Præfecto viro piissimo insinuatum vsum commercij mutui non fore perpetuum, nisi Pates liceret habere comites navigationis, & de prædicanti eorum merita, & respondere fore sibi gratissimos; visendi officium vltro iis oblatum, benigne admisit, & coram duritiem qua præter illorum merita, suamque in illos benevolentiam vsus fuerat anno præcedente partim excusantem, partim etiam culpauit; verum plenissima satisfactione deletam voluit eius memoriam statione scilicet in regno firma, facultate prolixâ ædificandi cum domo templi, & Euangelij prædicandi, quam plurimos possent initiandi sacris Christianis, optandi denique si quid ab se peæterea cuperent, sed concessis abundè contentos humanissime dimisit. Hinc Buzomius Nuocemam reuersus dùm cæpta promouet fundatæ Christianitatis, & duos recens aduectos comites, instruendos curat Cocincinensi lingua, orbatur illo tam sibi addicte, vrbis eius Præfecto quem repentina mors, seu morbo seu venæno ictum, vt retigit abstulit. Cauit sapiens Deus ne incrementa legis Christianæ & ruinæ idolorum, vnius hominis fauori tribuerent ethnici. Mense Iulio superioris anni pompam instaurarat, qua inuectos elephantis Patres domum miserat aduendam, quam sibi non pridem constructam iis donauerat; sportulam ex aula perpetuam accipiebant ab eo in mentis singulos; gaudebat audire illorum pater, quod illic tantum est amoris tamque insolens pignus, nihil vt posset ex eo desiderari maius, nisi vt fieret Christianus: quod autem illic error communis sit, vna functos, mortalium cura, iucundè aut secus affici, redireque ad suos, & illatis morborum, inopiæ, funerum, aliisque calamitatibus peccata à filiis vxore & nepotibus exigere, si quid de annuo exequiarum ritum neglexerint, vel intercepta quæ inchoauerant, & perficere audeant opera, non sategerint optato sibi sine absoluere; ob hæc Ondelinus defuncti Præfecti natorum maximus, vt paternos manes sibi totique familiæ haberet propitios, in patris erga nos benevolentia, amore tum ipse, tum fratres, & propinqui omnes sterere immobiles. Quamquam Ondelinus iam per se illos summè diligebat, & suspiciebat Buzomium maximè, iisque se dederat in fratrem; quod patens, aiebat dùm viueret, dici pater illorum annuisset. Huius verò amoris specimen primum dedit, cum patris obitum improuisum iis haud minus quam ipsi luctuosum acerbè dolentibus, egit officij gratiam, confre-

55-  
Mortuos vlti-  
mæci & viuorū  
iniurias.

mauitque, se viuo nihil vnquam desideraturos, quod potuissent à patre  
obtinere; ad extremum duobus elephantis splendide phaleratis, magna  
stipatorum frequentia remisit domum, quo genere honoris, & bene-  
uolentiæ argumento, nostrorum sedes euasit firmior, & fidei sacræ  
authoritas venerabilior. Dùm verò illic Pinna, & Borro linguam dis-  
cunt, eandemque perficit ac polit Buzomius; Marchesius Faifi Iapo-  
num saluti acriter insudat fratre Socio eiusdem nationis, erat enim Ia-  
ponibus incolis vrbs frequens, aduenasque interdum ad mille numera-  
bar quos annuæ ad quæstum excibant nundinæ. In iis ethnici complu-  
res; multi apostatae, quos tyranni metus in desertionem præcipites  
egerat; reliqui baptismum, & fidem retinentes, cætera ethnicis prope  
pares, petiuri, quæstum iniquorum, & concubinarum amoribus  
perditi, quodque Iaponibus generositatis deprauatæ vitium est fa-  
miliare nimis & proprium, vindictæ implacabiliter appetentes. Mor-  
borum tot tamque grauium curatio sedula duorum qui Faifi erant labo-  
rem industrium fatigauit, postea etiam aliorum, quos Deifusamæ cru-  
delis impietas idcirco exilio damnarat, vt exularet cum iis è Iaponiæ  
Christi fides. Redibant ex iis subinde Faifum cum Macaensibus Lu-  
sitans, vt vario schemate personati, mercatorum, militum, nauta-  
rum, penetrarent se in Iaponiam ignoti; ventos illuc, & naues dùm  
præstolarentur, Iaponibus Faifi sese strenuè commodabant, eoque li-  
bentius & fructu maiori, quo erant in eorum lingua apprime versati.  
Templum ergo imprimis Faifi positum, habitæ conciones, malis præ-  
sentibus sanandis apposita, reuixit emortua multorum pietas, excitati  
sunt ab infami lethargo, religiosi sensus vitæ innocentis quàm in Ia-  
ponia sub Patrum exegerant disciplina, redibant ad mentem desertores,  
& multis cum lachrimis, cognatæque Iaponij animi celsitate sistebant  
se Patribus; haud tamen ante Sanctorum cœtui restituebantur, quam eru-  
direntur denuò fidei rudimentis, tamen si Iapones non tam ignoratio  
diuinorum, quàm calamitatum metus, & tormentorum atrocitas de-  
iciebat ex gradu fortitudinis Christianæ. Vniuersis demùm integrè  
persanandis ita est consultum, vt se Faifus ab ea quæ fuerat planè dis-  
similem gaudens miraretur, ethnicorum verò qui ex Iaponia Faifam  
commeant, quadraginta solenni baptismo lustrati sunt, & summus  
nauium Præfectus quæ anno sæculi decimo nono appulerant Regem  
adiens Cocincinæ, immortales ipsi testatus est gratias, Iaponiensis Ec-  
clesiæ nomine, ob impensum Patribus amorem, suscepitque se, & om-  
nes Lusitanos fore illi omnium debitores quæ Patrum causa præstare  
dignaretur. Perspecta inde nostrorum paupertate, quæ rerum omnium  
egena, nihil à quoquam rogabat subsidij; per se ipse ab inferioribus  
Præfectis ipsique aded ab idololatriæ corrogauit iis largam stipem, ad  
quam etiam Sinirum illic gubernator se benignissimum præbuit. Huius  
anni fructam solito plenior, auxit magno prouentu iubilæi sacri denun-  
tiatio, cuius beneficio fruituri, per infestissimos typhones, Taifum plurimi  
concurrerunt,

16.  
Faifi Iapones  
strenuè iu-  
uantur.

57.  
Legatio Mac-  
caens. ad Re-  
gem Cocinc.  
fructuosa.

concurrerunt, dum in Iaponia tyrannus Christianos exscindere modis omnibus conabatur, & clarum suæ virtutis specimen Faifensibus reliquerunt. Accessit huic reum faustitati, solennis ad Regem legatio quam Lusitanorum Maccaensium religiosis studiis adornatam, & magnificentia donorum splendidam iidem obiere Lusitani: huius summa erat; Patrum commendatio singularis, & Christianismi, cuius profeminandi labor, haud alio in ipsis calebat ambitu, quam eius populorum salute sempiterna. Id sibi Rex & planè perspectum fassus est, & summè gratum; culpæ item seipsum damnauit pellendis à regno Patribus, ob soli siccitatem falsò iis tributam; Deum cœli iurauit, nunquam in posterum, cuiquam se aures contra nos daturum; iamque se filio Principi, & locorum Præfectis mandasse, nostri gererent curam, & nobis fauerent, vt quos ipse haberet carissimos; post quæ Patres duos legati comites, iussit proximò throno considere, quod honoris genus dei seruis, flocci erat futurum, nisi magnum hinc pondus accessisset eorum laboribus, ad vrgenda nouæ illius Ecclesiæ incrementa. Aderant enim nouum annum Regi felicem optaturi, regni proceres omnes quibus illè Regi tam familiaris, & vicinus confellus, taciturnè erat Imperium obseruandi, iuuandi, & tuendi, quos illa Rex tam peculiari beneuolentia dignabatur. Honorificè tandem, & perhumaniter dimissos, secutum est ab Regina munus, amplius ex serico & solidus pannus, quod essent, aiebat pauperes & satis miserè à vestibus parati; cessit nihilominus is pannus ad vestem altaris haud multo meliùs ornati: Regis donum fuit ipsius manu (quod rarissimum est) subscriptum diploma quo fiebat ipsis libera potestas, vbiçumque regni lubitum iis foret habitandi, & pœnis grauib. subleuantur quicumque titulo peregrinitatis placidam in regno mansionem iis contenderent, vel molestiæ aliquid inferrent: hoc tuti, latique munere Faifum reuertuntur, vtque mos est priuilegiariis, diploma Regium foribus appendunt, magna ethnicorum admiratione, & pari Christianorum plausu. Reperamus nunc Sinas, tres Imperatores, triam mensium spatio visuri, duos sepulchro iam conditos; tertium suo in solio sublimem: ille quem toto huius historiæ decursu memorauimus Vanliè, rerum poritus per annos à puero vndequinquaginta, hoc tandem viuere desit, dolore vt fertur amissæ matris, & vxoris, neque immeritò vt qui publicis calamitatibus nihil mouebatur, priuatis interiret, & qui suos tributis premebat violentius quàm armis Tartari, ex magnitudine doloris proprii, sentire vel serò disceret communes. Matre igitur, & vxore hoc est sui dimidio orbatus sensim contabuit; ab ineunte interin Iulio ad Augusti finem, exhibere se tandem hominem, & Regem cœpit dum supremorum tribunalium accitis præsidibus expulsionem Tartarorum extra Sinas enixè iis inculcauit, & ciuiliū Præfectorum cum militaribus concordiam magno publicæ rei detrimento simultatibus laborantem. Aduocato deinde filio natu primo philo-  
sophatus

Iosophatus est de inanitate rerum caducarum, nec esse in iis felicitatem reponendam quibus denique tempus finem imponeret, cuius vanitatis seipse tunc in exemplum dabat: porro Imperium regnorum quindecim cuius illum hæredem relinquebat, quanto maius, tanto grauiori pondere ferentem premere, ac dubitare se plus inde honoris & comodi quàm molestiarum hausisset. Tum versus contra se antea vitæ damnauit pessimam rationem, & infelicis gubernationis exosam populis prauitatem, quàm se tunc frustra dolebat agnoscere, cum posset tantum dolere præterita, emendare per tempus non liceret: consolari se tamen quod eum relinqueret Regni sui hæredem non exempli, nec aliud, inquit, æquè abs te curari percipio, quàm ut via inuitas viuendi, ac regendi, viæ quam tenui proflus opposita, quò vel Sinis planè animo excidat tam improbi Patris Imperium; vel tam præclaro filio successore mihi gratulentur; paulo post, suprema effatus verba efflauit animam. Pridem enim ritibus sepulturæ quos seruari vellet, rebusque aliis, testamento prouidè cauerat. Princeps fuit Imperio dignus nisi regnum suum auaritia inexpleta, otij feciditate, & segnitie infamasset, quanquam hæc utcumque virili prudentia duarum feminae supplebant, increpabantque subinde, ista virum amoris fiducia; hæc filium auctoritate matris. Testamenti eius pars maxima longam continebat tyrannidis suæ accusationem censebaturque ipse sua distinctè scelera, & Prouinciæ expilationes, quibus successorem satisfacere volebat. Aëtarium iubebat pandi, suffici ex patrimonio regio belli neruum in stipendia militum; Præfectis armorum in pugna cæsis, honores funeris, & sepulchri; suffragiorum vero leuamenta eorum animis inter cruciatus apud inferos detentis: vxoribus viduis & pupillis è fisco alimenta: breues mihi, subdebat soluantur exequiæ, dies ad summum septem & viginti non excedant; nec ad eas de more Proreges conueniant, nec supremi armorum, & literarum Mandarini, nec vbiicumque sunt, funebribus nisi per triduum vtantur quo item spatio suas concludant complorationes. Hic finis Vanliæ Sinarum Monarchæ, cuius Imperio Matthæus Riccius Christianam fidem post tot secula intulit rediuiam, quam ipse Vanliæ neglectim, & promiscuè habuit; permissam aliquamdiu, denique expulit. Sequitur locandus in folio Vanliæ successor. Haud scio plus possint grauitatis simul & leuitatis Sinenses præfette, alias sapientissimi, quam in admittendis honoribus, in quibus tamen beatitatis apicem statuunt. His improbo ambitu, & arte qualibet prensatis, demumque ex aula impetratis, grauari se cum magno fastidio simulant, excusant priuam quietem, otia studiorum, curas domesticas, & ab amicis & agnatis, nihil non agi, moueri, dici gaudent ut adigantur ad eas dignitates, quarum desiderio effræni, & cupiditate impotentissima vtuntur, vincunt ad vltimam amicorum preces, & studia, vinci ardentem, & repudiati fictè Magistratus, moras breues tam impatient-

Ggg.

58.  
Vanitas Sin-  
narum con-  
temptrum  
honoris si-  
mulantium  
quem insanè  
appetunt.

ter quam dissimulatè sustinentem ; sed amicis tanto molimine iam fractis ita se permittit , vt contestetur vim sibi fieri , dum videri vult ab eo abhorere , quod re ipsa ad insaniam deperit , nempe vt virum se ingentis animi , seipso contentum , & sua virtute , reliqua omnia , ex mentis suæ arce despectantem ostendet , & quod idem est apud Sinas magnificè simulet. Verum hanc fabulam ludit haud paulo magnificentius nouorum Regum inauguratio. Adfunt Colai & Præsides , Regi nouo supplices procidunt , regnandi cupidine flagrantem , obsecrant dignetur labans Imperium fulcite ; is velut improuiso percussus nuntio , negat obfirmatè tanto se ponderi ferendo parem , quod certò nec velit mirari , nec auferri : certatur verbis & precibus , eundem dies. Scrutantur Astrologi , punctum temporis ominatum , ad imponendum illi diadema ; Rituum Tribunal nomen ei cudit duorum characterum , tantò illustrius quantò rerum gestarum tempora non ab Imperij aut seculi ortu , sed à primo tantum regnantis anno ac nomine computantur ; Augusti decimo octauo coronatur cum sol medius æstus dici accenderet quem ei articulum pro felicissimo Mathematicorum ars vana legerat , paternorum enim annorum numerum , dierum suorum numero non æquauit , fœellitque pariter Tâicium nomen , quam ei appellationem Rituum Præsides fabricarant sonabatque apud nos diurnum florere. At is corona insignitus se sequens vitam integrum cum florisset emarcuit ; venæno vt fama est sublatu. Late re illum Sinæ non fictis lachrimis , vt qui paucis diebus magnas sui mouisset expectationes , sperareturque periclitantibus ne perirent , iis præsidij succuturus , quæ post eius mortem nemo tulit. Cocorum imperij non plus octiduo suscipere distulit annorum sedecim ipsius filius , Tienchi , hoc est cælum apertum nominatus , qui breue solum regni octennium huic historiæ suggeret.

79.  
Nouus Rex  
inauguratur.

Primis regni eius duobus annis , æui nempe huius vigesimo & vigesimo primo , magnum sibi res Christianorum spondebant incrementum nisi Pauli Doctoris sanctum & sapiens inuentum , tyranni Scinabies disturbasset. Præerat Paulus lanistis & ducibus , Sinenfes milites aduersus Tartaros ad bellum fingentibus. Officij huius opportunitate prudenter censuit posse Patres non modo in publicum ( latebant enim qui exilium vitabant ) sed in Regis quoque restitui gratiam cognoque tam necessarios probari , vt nullius deinceps potestati essent obnoxij. Cogitabat ergo machinas bellicas , & peritos earum libratos à Lusitanis mutuo petere , cum iis Patres , quam possent plurimum venturos , nec aliud exigere vt ea in arte docti crederentur , nisi vt scirentur fuisse Riccij comites , quem opinione omnium , nihil machinarum bello vtilium latuisset. Tanti negotij , & peregrinorum etiam armatorum metu tam lubrici , censuram expetit ab amicis duobus , Michaële , & Leone Doctoribus , qui tunc Hancei morabantur ; consilium probant , ex communi assensu Michaël & Paulus Ma-

60.  
Sinæ à Lusit.  
auxilia peti-  
t & pp.  
Machina pe-  
ritos , Lega-  
tionem illustri.

caum excurrunt; ubi mox Paulus grauiter ægrotauit, iamque animam acturus Patronæ optimæ Deiparæ Virgini exitum commendabat cuius præ oculis habebat iconem. At hic imminenti clarissimi comitis iactura vehementer afflictus Michaël, faculas cereas coram imagine Virgini accendit, pro-cumbit in genua, orat duarum horarum spatio, & lacrimis pluribus quàm verbis, vitam illi precatur; inter quæ, postea retulit moribundus sibi magna in luce cæli Reginam adstrisse, cum Angelorum etiam famulatu, & vocem auditam iubentis æquo animo esse, nec enim morbum hunc fore lethalem. Viso abscedente putauit Paulus Michaëlem qui aderat, eius fuisse participem, & incipiens cum illo veluti confesio de maiestate Virginis agere, & pulcherrima specie obsequentium & Angelorum, miratur se non intelligi, nec potest ipse fat intelligere visam sibi Reginam Deiparam, nondum ad sacram Eucharistiam admissio, Michaëli admissio, & præfenti non visam. Cæterum eius spectaculi copiam esse sibi vita quam eo receperat pretiosiorum; quod ne fortè visum existimaretur imaginoli ægrotantis, postidie Medicus sanum reperit, & valentem. Lætus singulari parentis optimæ in Paulum beneficentia Michaël, simul doluit vehementer se quoque pariter beato aspectu non esse dignatam, statuitque illum quocumque tandem labore promereri. Ducere igitur ieiunando & orando dies; noctes hami iacere, & in iis durare, quoad sensit sibi nescio quid interius suggeri, & sonare, monito simili quo Apostolum Thomam Christus cortexerat. Beati qui non viderunt & crediderunt; præter quod nihil ausus ulterius petere, etiam cupere desit.

Legatotum  
pietasiofig.

Audita Macaenses Doctoris Pauli postulatione, tamen si Batauos Fittandi Iaponiæ portu parare contra se classem validam acceperant, magno tamen plurium consensu tormenta bellica quatuor Sinarum Regi dono mittunt cum libratotibus totidem, qui sunt nihilominus ingressu prohibiti à Quanceensibus Mandarinis Prouinciæ Cantonensis. Dici non potest donum, quanti Rex fecerit, quantæque voluntate Michaëlem & Paulum qui peruehendum curauerant Mandarinis creari, & in hoc omni negotio legatos, quàm præterea nobili, & fidei fama dedocti sint Sinæ, malè sibi timere à Macaensibus tanquam ab hostibus, quorum toto regno ab austro ad Septentrionem minus spectauerant; velut pignus maioris, & pronioris auxilij, cum belli expectatione minus premerentur. Secutus est hanc famam Præfecti Lobi Sarmienti ex Iaponia reditus, vulgatumque eodem authore, nihil esse à Batauis, quod nihil possent, timendum, quamobrem statim Senatus consulto, Lusitani centum splendide armati, pari numero serui, & alij milites, Sinarum Regi auxiliares decernuntur. Ducendos suscipit Laurentius de Cis Vellius, bellum à puero, paterna institutione eximie doctus, & armorum laude inter Lusitanos clarissimus, quem nec laudis illius, nec lucri amor, ad ancipitem illam, Prouinciam incendit, sed præclarus ardor fidei Christianæ, cui promouendæ

G.g. 2.

secum erat ducturus, quoscumque de nostris impetrasset, ipsomet Sinarum annuente ac postulante Rege. Quod prodigium nouitatis Leonis Doctoris sapientiæ debebatur; nam belli negotiis aduersus Tartaros Præfectus, persuaserat Regi, in eo rerum, & necessitatis delictimine, Lusitanorum auxilia omninò acciri oportere, & Martini Riceij socios. Supplicem Regi pro hac re libellum armorum Senatus probauerat; Rexque ad hoc diploma miserat Macaam, quod sublecuti sunt ab Rege Legati, Paulus & Michaël Mandarinum, legationis huius inopina, nec prius vnquam audita nouitate, splendore solenni, proprij sibi cultus, & magnificentia comitatus, perstricti Cines præsertim nobiles Lusitani, curiosè mirati, spectare, assectari, omni honoris officio prosequi; sed illud præ omnibus cum intimo grati animi affectu suspicere atque attendere; Sinarum Regem ad legationem hanc animum induxisse, Legatorum vtrumque esse Christianum, vtrumque tam cultæ & religiosæ pietatis, vt primum illius specimen viderent omnibus præ gaudio ciceret lachrimas, & eorum laudes qui ad Christum perductos ad eam sanctimoniam formarent. Urbem etenim ingressi Legati, rectè in templum cum venissent, vix intra limen pedem intulerant, & factum altare toto humi corpore prostrati adorarunt, iteraruntque septies eandem adorationem, priusquam se coram altaris crepidine ad precationem componerent; qua peracta regressum ex templo, ritu eodem & numero versus factum altare proiecti distinxere; illustri sanè Lusitanis, reuerentiæ documento, loci diuinis exhibendæ; hanc certè Legati edebant ad eam sinceram, vt in tota oris, & habitus conformatione, religiosæ mentis pietas legatur, quam ita feliciter imitati sunt Lusitani vt illo vtrorūque per moti spectaculo ethnicorum nonnulli Christianis adscribi voluerint. Datur Legatis quibus Senatus; homines decem petunt librariis exercitus machinis, illorum quatuor vicem plenius obituros, quos regni aditu prohibuerant Cantonenses. Iis Regem vti velle ad cænas aeneas triginta dirigendas ex nauis anglicanæ haud pridem naufragio subductas, ex quo non temerè conicere liceat machinamenta Sinarum bellica, opus esse aut valdè imbecillum, aut eos librari periclitia carere. Etsi poterant Regi sufficere tormenta noti, & consueti vsus, cum arcu Tartari eminus; acinace cominus aut lancea pugnent, & equis paulo melioribus quàm Sinæ; sed qui explosionem machinarum non ferant, eoque tonitru consternati, si desit fuga campus sessorum excutiant, disiciant ordines, omnia misceant.

Restitutis in Regis gratiam Patribus, solenni quin etiam legatione, in aulam vocatis, gratulabantur omnes Christiani, gestiebant præceptis animo, mutationis tam inopinatæ beatis euentibus, cum in procinctu summæ faustitatis, turbo repentinus omnia dissipauit. Agibat tyrannus Scin Hancei in patria priuatus; quod imperio nequibat, instabat precibus, vt exterminaret Prorex toto regno Patres; & in-

Malignus  
politicus  
Scin Lufit.  
auxilia di-  
sturbat.

quis admodum oculis cernebat se spreto Doctorem Michaëlem, multos domi ex iis hospites habere. Consolabatur nihilominus solitariam hanc imbecillitatem, semper aliqua umbra poriundi Magistratus in quo posset, quod vellet; cum ecce tibi ab Rege in Colaum, quæ summa est post Regem dignitas, nominatur. Cùmque sit Sinis tanquam lege sanctum, in eiusmodi prosperis, animum ostentare superiorem utraque fortuna, Scin gaudio impotens, nec sui iam capax, ea dementis lætitiæ dedit, admisitque prodigia, ut decori omnis immemor videretur: At hæc illi breui planè in oppositum verterunt; viri duo insignes, fideique perspectæ ambitiosum hominem accusant apud Regem; alter Regis ipsius admonitor; alter Scini frater natu primus, & domesticorum spectator scelerum, quæ Regi exponebat. Et erant eiusmodi utriusque accusationes non modo ut plus satis essent ad abrogandum Scino Colai honorem, sed caput amputandum. Quamobrem Rex diu sustinuit eum ritè in aulam accedere ad assumendas notas collati muneris, nec fas est cuiquam euocationem illam accessu præuertere. At is iussu captato edicti Regij quo redire in aulam regni Administri iubebantur, quos Tartarus imminens in fugam dispererat, post anni moras iis se se immiscuit, tamerà ex iis non esset, suumque id iter exorsus est à suspitione criminosa quam mouit aduersum Christianos aiens sibi paratas ab iis insidias, & prædidiarios quingentos à Prorege poscens ut se contra illas muniter. Cui dissimulata Prorex eius superbia, itineris pompam, prædij specie augere molientis, Christianos respondit, esse legum suarum obseruantissimos, quarum vna vetabat omnem cuiusvis iniuriæ vindictam, eoque responso fictum eius metum, & tacitam arrogantiam elusit. Pechini miris de more honoribus dùm illi aduentum, & Colai munus gratulantur supremi Mandarinum, nunquam oculos à Paulo amouit, & ex vultu iniquo, & toruo aspectu, nemo non facile collegit, oportere Paulo esse inimicum qui vellet Colao Scin amicus esse. Nec se huius furor diu continuit, erupere continuo ipsius in Paulum apud Regem sceleratæ accusationes, ob quas aula tumultum, tranquillo secessu vitandum putauit. Nostri ne improviso tenti, exilio irrevocabili perderent quicquid laborum Sinis impenderant, abdiderè se in latebras extra publicum infrequentes, & solis notas Christianis, incerti quò tandem tyranni Scin ira se frangeret, certique nihil iam spectandum, de quinque illis operariis, qui palàm & apertè dati erant militibus comites. Vix enim aula inierat limen Scin Colaus, cùm inuchi cepit aduersus imprudens, & anceps consilium, de accersendis auxilio Lusitanis, & quidem ratione ut ipse iactabat ineluctabili, nam si valent, inquit Lusitani, Tartaros expugnare, multò facilius subacturi sunt Sinas, qui expugnantur à Tartaris, ut quid ergo domum, vocetur hostis potentior, ad debiliorem extrudendum. Cædi à Tartaris casus est; aut si culpa, militum culpa est, non nostra qui

præsumus; at nostra planè sit, omnique carens excusatione, si armatos externos induxerimus in aula viscera eosque non minus Tartaris, regni huius beati cupidos, & nobis hoc magis formidandos, quod eos plus armis valere confitemur. Narrabat Fratri nostro Patqualio Mendezio Ie, antiquissimus trium Colaorum, & nostrorum patronus, impressione decies iterata conatum se frustra illum abstrahere ab ea persuasione, intititissèque illi, Lusitanos, & Patres machimenta bellica tam eximie callentes, fore regno plurimum vsui; nulli autem vel periculo, vel damno; sed hæsisse semper in sententia sua inmobilem. Cessit tamen hæc peruecacia commodè Lusitanis, & felicem ab aula, & Cantonensibus repulsam passi sunt. Iunctis enim paulatim nauibus Bataui, iusta classe, aggressi sunt Macaum, eo utrimque belli Marte quem breui referemus. Ex nostris aliqui Cola Scin quamlibet inuito, ante, postque initum ab eo Magistratum, in regnum penetrarunt. Parabant se pridem ad hoc periculum in Collegio Macaensi ad menses Aprilem & Nouembrem, quibus mensibus Lusitani Quanceum nauigant ad mercaturam Sericorum. Quanceum appulsi Literatos ore habitu sermone assimulant, & per obsecram ac pluuia noctem, interiora regni captant capitali potius discrimine, si forent à custodibus deprehensi, qui calles etiam deuos quos confectabantur, scrutari non omittunt. Bono genio duce illorum oculos euaserunt, aut non sunt agniti pro externis. Manuel Dias Castellanicus Pechinum nauigio peruenit, ubi Sambiasius cum F. Palqualio Mendez curam gerebat fidelium: neque Sabatinus de Vrhis numero defuisset, nisi Deus hoc ipso seculi anno vicesimo; ætatis quinto & quadragesimo ad mercedem vocasset decennij: perpeffionibus malorum constanter exerciti in fundatione Ecclesiæ Pechinensis. Fuit & P. Iozmanis Vremani ante aliquot menses non leuis iactura. Hic ortu Dalmatino ingenio eminens, Matheseos in paucis eruditus; quodque omnia præcellit, Apostolici spiritus, suæque haud segnè virtutis quam alieno studio incensus, mortem ipso prope Sinarum in aditu quem diuertit in Lusitania, & Macai optarat & expectarat votis inuenit. Coactus ima in naui subsidere vt Mandarinorum Quanceensium exploratores lateret acerrimos, nocte quidem parata, lembo se tenui in terram coniecit, sed ex sentinæ in qua latuerat humore, situ graueolentia frigore, (December enim tunc sæuiebat) eo correptus est euerit stomachi cruciatu, vt Nanciani constiterit, & lento illic mensium quatuor dolore consumptus sit; accurrit opem iacenti latus ex nostris fratribus Sinensis, & iam non hominem sed exsuccum cadaver, & compagem ossium reperit: vnum illi erat in morbi acerbis remedium audire legentem aliquid de diuinis, & cum Deo loqui, discessu postissimum vicino qui sanctiori hebdomada contigit anno 1627. Hunc eius obitum præcesserat reditus Aluari Semedi ab exilio, & Trigaultij ab vrbe, acceptissimi quidem Literatis ob aduectam secum ex Europa

ropa librorum copiam, sed generatim omnibus, ob allatam Bellarmini sapientissimi Cardinalis ad Christianos Sinas epistolam, tam sanctam aptamque illorum tempori & conditioni, ut si foret iis officio pater, & præsens expertus quæ boni pastoris sollicitudine egebant. Vilius est illis Romæ spectasse diuinitus, quam tunc immaniter in Ecclesiam Sinensem debaccharetur tyrannus Scin, computatâque temporibus, in necessariam Epistolæ scriptio cadebat malorum præsentium consolationem. Sed enim vidente, ac vaticinio, nihil opus hic fuit; norat vir, Dei ac diuinorum intelligens, esse adeo solenne Ecclesiarum fundamenta, sine lachrimis, & cruore inter ethnicos non mitti, ut si aliud contingat, miraculo id assignandum sit. Huic Epistolæ ne multi responderent, idcirco Patres obstitero, quod capitale sit incolis literas extra regnum dare. Sed teneri nequiuit Doctor Leo, quin omnium nomine ad Cardinalem redderet literas quibus inter alia [mirificè suscipit illam eius in Sinas charitatem propriè ac singulariter Christianam, ut quæ minime ad eos attenderet, velut gentem, natura, moribus, & cælo externam, & barbaram; sed caram, amabilem & perinde acceptam ut si foret, aiebat, vobiscum vna gens, & vnus sanguis, idque propterea quod idem sit omnibus pater deus, vita eadem, fides, & gratia, paradus idem, & patria.] Sub hoc fere tempus egere cum Patribus Doctores Leo, Pappus, Michaël, & alij quidam de pilei forma quem adhiberi à Sacerdotibus sacrificij tempore oporteret, ex beneficio priuati iuris à Pontifice concessi. Ne essent iidem cum profanis quos gestant Literati, sed præferrent aliquod arcæum, venerabile, & sacrum, placuit igitur inter multos varij generis, quadratus è nigro serico pileus, palmo altior quam nostri, fascia prætextus diuersi coloris eleganti, & portarum trium, tribus per singula latera figuris, representante B Ioannis cœlestem, Ierusalem nationibus vndique patentem vniuersis, Apostolorum duodecim præconio in eam vocatis. Hinc huius pilei vsus inualuit, quem mysterij adumbrati intelligentia Christianis fecit gratissimum. Non dabo his annis duobus conuersiones numerosas præcedentium annorum, tamen de nostris viginti, diuersæ Prouinciæ colonos habuerunt, tredecim Sacerdotes, alios Catechistas, at passim baptismo lastrati sunt vix plures sexcentis; quod per Regis edictum, & Scini tyrannidem, nusquam liceret consistere, aut aliquid nisi clam & extra publicum agere; ac fatebatur Scin Patres homines esse doctrina excellenti, vitæque inculpatæ, sibi que id post tam accuratas, & iuridicas quæstiones constare certius quam cuius alteri, præcul tamen, & quam longissimè arcendos, ob doctrinam religionibus auitis inimicam, & amiori necessitudine suos discipulos & sequaces cum externis iungentem. Nulla erat tunc nostris toto regno sedes; nulla sedes facta nisi ad Ricci sepulchrum, Pauli Doctoris solertia agrè nobis seruatum; præbebat illis hospitia priorum benignitas, vbi ad paucos

61.  
Pileus in sacro qualis

62.  
Scin. vitam & doctrinam nost. laudat, regno tamen pellendos ait.

paucos dies, & quoad poterat secreto, intra conclave aliquod modum, & obsecrum excitato altari diuina obibant, & administrabant, trahebantque ethnicis eorum rudimenta, nec fuit vllum vnquam tempus quo foret cautiùs, & gradu magis sollicito semperque suspensius incidendum, victore Tartaro hinc urbem Regiam terrente, inde nouis quotidie variarum sectarum coniuratis, eodem plane quo frant nunc omnes hæretici genio, ad deiiciendam Monarchiam, & æquid ma edicta quæ cæcū omnem de Religione priuatū aut publicū pœnis trucidibus damnabant, quibus etiam aliquot Christiani pessime habiti spera feruore inconsulto Patrum consilia, & diligentiam tenendi, miserè luerunt. Pechini multo suspiciosius, vel ipsum peregrini nomen, vndecumque terrarum is esset, præiudiciū certabatut proditiōis clandestinæ; idque ad eò certum vt periclitatus sit Doctor Paulus, quod P. Sambiasium secum domi teneret, quem & si non ideo passus sit aliò migrare, ne vitam illius sibi proptia caritatem obiceret cuius in inexorabili Mandarinis: at Sambiasium ne tantum virum, reique Christianæ decus, & columnam, in ruinam discipulum adduceret, clam eo aufugit, mutandisque subinde latebris exploratorum euasit lynceos oculos à quibus semel passu vix gemino disunctus, Deo tamen volente visus non est. Hinc officium, & locum P. Manuelli Diaz Castelblanco cedens Nancianum perrexit, quo in itinere iucundum foret, sed longum scribere de Præfectorum & urbium ad eum æmulo & benenolo concursu, gratulationibus & hospitalitate, quamuis omnes Idola colerent: eam enim à Deo & natura sortitus erat Sambiasius indolem, vt esset acceptissimus apud omnes, eosque innocentis, & ingenuæ consuetudinis amabilitate non adfertitia sed innata sibi mirabiliter deuisceret, sic vt illum etiam ethnicis cupidissimè audirent, de Christi misteriis, & præceptis fusiùs verba facientem; & erant Pechini nobiles excelso apud Regem loco, qui suo periculo tenere illum volebant hospitem, eiusque gratia Christianos habebant gratiosos. Præter quæ hominem dexteritate incomparabili ornarat Deus ad spectandos in diuina, & æterna sermone quæ sunt Literatis tractatu familiaria, nec minus iucunda, quam vtilia efficacitate in confutandis illorum erroribus, & assertionibus Christianæ, summatque veritatis. Quam nisi elusisset polygamia funestus scopulus Sinis nobilibus insuperabilis, omnes illarum qua transibat Præfectos urbium, non mente solum, quod ipsi iam esse factabantur, habebat Christianos, sed initiatos etiam sacro fonte: tunc quod vnum tunc licuit aliquot eorum cognatis, & filiis lætus opera sua fructu appulit Nancianum, illic adiit Petrum illum, & regio sanguine, Christiana virtute, & fide nobilem, ac velut eius Ecclesiæ patrem, quam repetit breui duorum & septuaginta conuersione primū auctam; postmodum vero maiori numero.

Vberiore

63.  
Scotæ Regi-  
bus timen-  
dæ.

Vberiores fructum legit Alenius ex suo Giancum itinere. Vrbs est diei spatio, Nanchino vterior, frequens ciuibus, solo ferax, & diues commerciis ob confluentium annuum quibus liberaliter saginatur, & conuicendis exportandisque mercibus locupletatur emporium. Agebat illic Sanscius nomine Mandarinus amplis dudum multum æqualium Præfecturis, summo iure perfundus; vix autem cuiquam integritate vitæ quæ possit ab Idolorum affectu optari, vel administrandi iuris æquitate & excellentia secundus. Quare illum Prouincia Scensiensis cui Taoli munere præfuerat Apotheosi consecrauit quæ solent ornari homines mensuram virtutis eximie multis gradibus supergressi, & de illius gestis insignibus libros in lucem publicam misit duos; quibus inter alia laudatur rarum illud planèque memorandum, quod insani vnus tristiori ostento, insanos curauit, perlanauitque innumerabiles. Furebat illa (quod indicauimus) rabies ut qui exilere aduersus inimicum cruenta odia non posset, vel apud creditorem immisericorditer ferum delere nomina, ad eius se fores suspenderet, ut eum faceret desperationis suæ, & lethi reum, inmani violentia coacti. Quem primum ergo Sanscius deprehendit nec hac informi & detestabili, sui parricidam, hunc iussit eodem quod sibi aptauerat laqueo in locum raptari reorum supplitiis infamem, & totis tortorum viribus tor pligis nudum lacerati, quot esse sat possent ad eum necandum si viuere, inde per summam vrbs frequentiam eodem fine ad publicam ignominiam probrosè circumtractum proiici extra muros, & asini sepultura condidit. Nec alia fuit medecina opus ad purgandam hac lue Prouinciam Scensiensem, nemini tam caro deinceps ac tam insanè libuit furere, ut ignominiam posthumam, & æternam morte sibi spontanea emeret. Pechinum vir sapiens cum venisset, Prouinciæ suæ nomine ad Regem legatus, arctissimam inuitam Paulo Doctore necessitudinem, retulitque ex eo Giancum in patriam, vbi aliquot menses erat substitutus, opinionem de Patribus sublimem, parque desiderium eorum aliquem secum domi habendi, qui primus huic fuit ad salutem gradus, quamuis tunc minimè ad illam attenderet, quantumuis à Paulo insinuaretur, sed totus erat in Geometricis, & Mathematicis quæ sæpe cum illo agitarat, deperibatque incredibili studio nouitatis. Quare statim Hancum Michaëlem Doctorem literis conuenit, ut sibi de nostris aliquem impetret, haud quidem F. Sebastianum Fernandium, Pauli Doctoris indicio sibi propositum, ut qui præter Deum suum, & legem ipsius, nihil admoudum nosset; sed ex Partibus Europæis in Matheseos arcanis egregie versatum. Hiems erat sæua; longinquum iter; spes & pretium operæ, in speciem nullum, præter oblectamentum hominis curiosi. Sed P. Alenium ad iter animauit Literatorum experientia quibus primi ferè ad Christum aditus nisi per Europæ scientias, mathematica præsertim, nondum parnerant, & quicquid laborum occurrisset collocan-

H h h

64.  
Sinae ad fo-  
res inimic.  
se suspendit,  
ut reos illos  
faciant.

65.  
Mira con-  
uersio insi-  
gnis Literati

dum optimè censuit in lucro viri toto regno clari. Februarij 23. Giannucci exscendens salutatores extra urbem à Mandarino habuit obuios; in urbe domi, Sanscium Mandarinum veneratione iuxta, & amore comem; à quo eius musæum accepit habitandum, siue vt alias diximus studiorum domum, omnibus exultam naturæ artisque delitiis, velut innuere satagant Literari suos Elisos in doctrinarum studiis sitos esse. Postridè, qui fuit Matthiæ Apostolo Sacer, diuinis ad aram operatus Alenius Mandarinum inuitat cum familia eius vniuersa, ad spectandam effigiem Saluatoris, quam magnificè ornato imposuerat altari, & audiendum ex se cuius diuinitatis vultum ea tabula exhiberet; sed vnus immersum Mathematices curis Mandarinum, nihil mouit, tabula nullo reuerentiæ affectu sensu, intellexitque Pater in eo expugnando viam à se aliam iniri oportere, quâ mox hominem aggressus, intra quintum diem obtinuit, quod totidem mensibus non potuisset ex eo euincere. Omisâ igitur à facilioribus, vt solet docendi regula, principio statim coniecit illum in difficillima, & subtilissima Geometriæ totius, & inuolucra propositionum quarum, vt erat ingenio excellens, perspecta tunc primum admirabilitas, sic totum sibi vindicauit, vt nec cogitare aliud apud se, nec loqui cum amicis posset. Hinc Europæos suspicere, venerari eorum ingenia, stupere ad ignorantiam suorum à quibus tam nihili fierent: qua illum scientiarum nostrarum præ cunctis Sinensibus æstimatione immensa imbutum penitus, animaduertens Alenius; tunc vero illi frigidè in aurem, hæc Geometricarum, & astrologorum, quæ tantum placebant, & quæ ipse rebatur miracula, diludia esse grauiorum apud nos doctrinarum quas contentio animi vehemens non sinebat continuato studio scrutari, sed erant necessario interpositu Mathematicorum ad laxandum animum variandæ: doctrinas porro illas in perspicientia æternorum, immortalium, minimèque aspectabilium versari; Dei nimirum veri, & animæ, sempiternæque post hanc vitam miseræ, aut felicitatis. Digna homine hæc esse; semihominem esse qui ea ignoraret; qui negligeret pecudem; iam si tantum à nobis in ludicra & quæ nisi ad quandam festi animi oblectationem vsui non erant, tantum insumeretur temporis, ingeniorum, rationum, eaque tam solidis stabilirentur argumentis, quanto acriores credendum erat conatus adhiberi, & sagaciorum diligentiam intendi ad inuestiganda quæ beatitatem animi spectarent immortalem, quibus per se nihil maius, nihil quod nostra plus interesset, nihil minus arbitrium, & ex opinandi libidine suspensum. Contra vero Sinarum Philosophos cum tot secula defudassent, in extricandis naturalium aliquot effectorum causis latentibus, tam infeliciter in ea indagatione operas locasse, vt qui nunc assent à Patribus, eorum errores manifestè dedocti, erubescerent illorum recordatione: quod si quotidianis, subsensum cadentibus, & concreione materiæ illigatis rectè aut probabiliter discernendis sic à vero errarunt, vt hæc

fuert in tenebris, eademque caecitate illorum posterij, nisi nostra luce illuminarentur; quid in diuinis, aeternis, immortalibus, à sensu remotis, & liberis vidisse, somniasse, aut delirasse putandi sunt; quapropter vt gentem nobilem totque Prouincijs, & regnis nominatissimam, vindicaremus à certo interitu, in beatam & certam salutem, sperta patria, & cunctis quæ sunt in vita homini iucunda, per quicquid est mari terræque discriminum in Sinas penetrasse vt communicaremus cum iis agnitionem summi boni, quam nisi per nos nancisci non poterant; hoc vno grati sed magni operis præmio, laboribus, ærumnis, perpeccionibus, vitæque aded minimè parcere, nec vllis eorum odijs, non exilijs, & cruciatibus, omnique genere infestationis, à sancto in eos amore, ac beneficentia dimoueri. Hinc ipse vt erat vir sapiens, æquam ferret, mentisque cordatæ sententiã; aut esse nos hominum quotquot vsquam vixere stultissimos, qui propter exteros toto à nobis disiuictos caelo, & hostilibus in nos furentes animis, alacres pacisceretur vitam; aut tantum iis repositum in cognoscendo, & amando, fruendoque æternum vero Deo boni; tantum nobis in huius procuracione, meritorum & gloriæ, vt quicquid eius causa necesse foret agere, ac pati, prorsus nihili esset, & puerilibus crepundijs simile. Hæc lingua Alenij dum spiritus diuinus subderet, idem Mandarinum alius inferebat. Simul itaque in eius animo ferdere miracula Mathematicorum, ardens illorum studium frigere, & extinguere; vicem eius subire immortalia; præter Deum, salutem animi, felicitatem nihil spirare, anhelare impatienter ad Christianismum & de sacro altari sumpto, vt erat in more positum, libro doctrinæ Christianæ Catechumenum profiteri. Mensam eius institutio tenuit, vt is exaderet, qui fama, & gestis toti Regno notus Christianam virtutem ac nomen exempli sui luce efficacius commendaret. Eos illi sensus affudit Deus cum de Christi patientis amore in homines, & cruciatibus doceretur, vt porrecta sibi ad osculum à P. Alenio, pendens è cruce vulnera rigaret lachrimis, nec probrosam illam & cruentam mortem censeret immensa & infinita pietate à Deo alieniorem. Baptismo iustratus est, festo legationi diuinæ ad Virginem sacro, dierum aliquot præmissis ieiunio, & in spem non disparis à Paulo Doctore in Christianam ardoris nominatus est Petrus. Secuti sunt illum; annorum tredecim filius, propinqui, & familiares, in quibus aliqui veterana virtutis documenta, vix nouitij edidere. Homini quidem vilissimo Petrus grauem offensam beneficio reposuit, dumque se manè quotidie in preces daret, inhortescebat tremens maiestatis summæ quam agnoscebat præsentia, Philippus parenti haud dissimilis filius conuiuio aderat quod hospiti magno domi præbebatur, illic oblitus ieiunij quo se ad sacrum fontem comparabat, frustillum carniū imprudens libauit, moxque tantum ex eo cepit animi dolorem, vt imperare sibi nequiverit, quin relictis mensis, musicis, & comedis secederet, ad desinen-

dam culpam quam non admiserat. Præter familiam Doctoris Petri Alenii, multos ea in vrbe religionis veræ desiderio inflammarat, crescebátque illorum numerus in nouam Ecclesiam, cum post menses quatuor exactos, Petri suam in Prouinciam regressus omnia interceptis, tot enim literis Michaëlem Doctorem fatigauit, vt reditus comitem obtinuerit ipsi Alensium; iter illi fuit per aspera montium, nec ante diem vndetrigesimum, Sciamecum attingit, vbi suum habebat Tacij tribunal, & decem vt minimum vrbibus cum potestate ius dicebat, sed quando toties Doctorum mentio facta est, necessarium arbitror hoc saltem loco errori cauere quo pronum est decipi, qui rem solo nomine metiuntur; finguntque sibi Sinensis Doctoris ad Ecclesiam accessum, lucrum esse haud minus triuiale, quam vnus in Europa Doctoris. Quantis verò distent inter se gradibus, & proceres etiam Regij sanguinis, quanta potestate Doctor Sinensis antecellat, docet eiusdem P. Alenij candida, & simplex narratio, qua Petri Doctoris, quem comitabatur describit iter. [Paulò ante, ait, quàm Gianeco moueret, metatorem præmisit, hospitiorum & locorum. Præferbat ir cellam ex hasta tabulam, & palmaribus in ea literis auro conspicuum Doctoris nomen, dignitatem, comitum numerum, quàm nobilium, & familiarium, quàm seruorum; equos etiam quàm multos, & vestraria iumenta designabat, indicebátque palatiis Regijs quæ tribus solum ab se inuicem leucis quaquàm versum extant, omni splendore apparatus, ministerij ciborum, & seruitij magnificentia instructa, non alio quam ararij Regij tam profuso sumptu vt Regum quorundam reditus annuos facile adæquet. Die profectio dicitur flos Literatorum solentis cultu Doctori se sistit ad eum deducendum; ducentos ferè, priuata eius censebat familia; descripto semel constanter ordine, præibant in equis domui Præfectus, & eius quatuor Administri, sequebantur doctus iumenta quadraginta in vasarium Doctoris, intra cistas viginti collectum, quæ mutari quotidie aliis totidem paratis, & integra oportebat, fuitque modestiæ quod Petrus non multò plura indixerit. Post hæc Alenio aderat, honorariæ familiæ pars, nec passus est Petrus ab eo montes nisi gestatorio transmitti, ob locorum prærupta, & æstum ineuntem. Aliquantò deinceps longiùs Ministrorum ordo, absque ordine turmatim, & pedes; suo singuli, muneri characterem notabiles; vexillis, crepitaculis, tympanis, tibiarum, ac turbarum sono; leui armatura, scutis, claua, lanceis, ipsisque adeò tristibus ad certaminam reorum instrumentis, (sunt hæc Magistratus vel indicia, vel ornamenta.) Post hæc equi duo splendide phalerati ducebantur, vmbellas elegantes, & vastas gestabant ephebi; alæ nobilium equitum hinc inde latera gestatorij tegebant exophori quo Doctoris vxor baiulorum humeris portabatur, subsequentijs magno numero sellis quibus pariter singulis condebantur singulæ ipsius puellæ. Planè idem præerat Doctorem comitatus, nisi quod multo tum numerosior, tum pretiosior;

66.  
Quam ex-  
celus Do-  
ctorum gra-  
dus apud Si-  
nas.

pretiosior; ipse in aperta læticia visebatur, & pompam claudebat reliqua eius familia. Quæcumque urbium erat iter, & fuere vrbes nouemdecim, prodire obuiam Magistratus omnes, suo quisque solenni habitu, & insignibus honorum; discipuli si quos illuc haberet, occurrere; verum vbi olim cum imperio præfuisset, inde ciues effundi, ferere obuiantium concursus, complanari vias, ramis ac floribus insterni, distingui, vaporarique grandibus, & liberalibus acerris, eos demum honores ei exhiberi, qui Principum nemini eduntur extra Sinas. Honanam Prouinciam intranti, aulam suam omnem, & officij Ministros, misit Præfectus primæ illius regionis, velut eius mandatis atque arbitrio suam omnem permittens potestatem. At enim ut suam illo mensis vnius itinere Scensianam demum Prouinciam attingit, non fuit effusio præcedentium gratulationum cum iis conferenda quibus illic suorum erga illum amor, & sumptuosæ magnificentiæ prodiga largitas suas partes egerunt. Scianci tribunal statuit, vnde vrbes cæteras regeret, palatij partem seorsim Alenio tribuit qua nihil ornatus pulchrius, & ad omnes habitationis delicias elaboratus, nihil tamen admodum superuacaneum, quod Magistratum supremorum semel familiis adscriptos, nefas sit efferre palatio pedem, nedum ad negotia exire, aut foris animum laxare. At enim in illo murorum angusto amplissimam nactus est fructuosi laboris materiam, non modo in ea tot hominum & conditionum, Doctoris familia excolenda, sed in corroboranda tanti viti inflammandæque pietate, qui certè monitis illius institutionis haud parèe respondebat. Mane siquidem tribunal conscensurus, sacellum adibat quod superbo diues apparatu, domi statuerat, vbi humi sæpius abiectus post exolutas Deo adorationes, eius opem enixè flagitabat: quod supererat diei, post clausum litibus tribunal, in eodem sacello transigebat, eo virtutis incremento, & voluptate animi de diuinis cum Alenio colloquens, ut ægrè sibi imperarit dies non amplius quindecim eius consuetudine carere. Causam absentia induxit, exploratio vulgaris famæ quæ illinc itinere dierum septem, vnam nasci aiebat, vino factam durabili, & probo, quod locis alibi plurimis Partes frustra tentant inuenire, ne, ut sæpè fiebat, eius inopia cogerentur sacro abstinere, cum mustum illis vbique Sinarum genuinis licet expressum vis acfceret, nec posset ab iis arte vlla aptum sacrificio asseruari. Nec sefellit Alenij diligentiam vulgi rumor, & missi à Petro Doctore vindemiam inde vberem retulerunt, eamque legitimam, & vini ad omnem anni tempestatem perbellè constantis. Cæterum exibat Alenio quintus mensis in commoratione illa Sciancensi, cum adest Petro ab Rege nuntius, redditque diploma gloriosum quo conferebatur illi sublimior dignitas in Prouincia Fochiensi, toto Sinarum abinncta diametro, atque hic demum euicit Alenius, ut in Prouinciam migraret Scianensem vbi pridem è nostris expetebatur aliquis ab Huius Stephano, probitatis eximia Literato, & gestorum pro Christo com-

67.  
Vinum facris  
idoneum, re-  
pertum.

commendatione nostris vnice dilecto. Chianceum patriam, ab iis optabar, suamque priuatim familiam plenius erudiri, quam ad desiderium facti fontis iam ipse incenderat; singulariter vero parentem decrepitam, idolis eatenus pertinacissime inhaerentem. Protecturum Petrus ab iis quatuor deduci voluit, & publicis suis munuit literis quæ tutum illum ab aduersariis omnibus præstarent, eique hospitia in palatio Regiis metarentur; quo iure maiores Mandarini familiares suos dominant, & fuit vsui plusquam necessario hæc liberalitas ad iter precipitibus, niuibus & periculis pauendum. Chiancei, tanquam futuri conficius, manum sine mora operi admouit, memor se vbi, quod contestatus fuerat Petrus, commodatum: mense itaque vix vno, non prius octodecim Christi balneo expiauit, sed maxime illustres, Literatum præsertim, magnis honoribus, & prærogatiua ingenij ab Rege affectum. Instituendis aliis, angustias temporis dum acri labore redimit, à Petro repetitur, cumque commodato scilicet non dono concessus, Gianceum in patriam comitatur, nono postquam ex ea discesserant mense.

Misit quoque hoc anno 1610. & sequenti, sedes Hanceensis alio complures, & vbiq; ab iis aut stabiliti sunt Christianorum noui coetus, aut veteres aucti. Duo sunt oppida Hanceo Metropoli beuata distita, Zunte, & Tecinum, quibus Patres, qua causa haud scio, ab S. Agatha, & S. Ursula nomen indidere; vtrouique diæcesis copiosa, sed ingeniorum multo excellentior & maior, quam cæli bonitas dicitur efficere. Duas in iis nostri Christianorum fundarunt sedes, easque magnam partem impugnationi aduersantium acceptas tulere. Vt primum cœperant de noua lege publicè dicere, de suffixo in cruceum vero Deo, & aliis conuellentibus patrios, & antiquos ritus; variis vtramque in partem, suo quisque pro sensu garrulentibus, ex conducto Siuzaij quatuor, frequentissima concione interpellare dicentem stertunt, conuitiis onerare, dehonestare probris tanquam seductorem populi simplicis; citare ad tribunal accusaturi sigillatim eius mendacia, & fraudes; sed præuertit eorum criminationes eloquentia cognita veritatis, & interioris conscientie flagello adacti, tacentur primum stupenti populo, se mente peruersa inuicem condixisse ad audiendum, & dedecorandum Patrem; inde illo audito nihil in eius verbis deprehendisse quod reprehenderent, multa quæ iure in seipsis damnarent ad hæc legem quam prædicaret sanctam esse, doctrinam quam tradidit sanctam; suo itaque ipsorum quadruplici testimonio securi omnes starent, cò prorsus fidei certioris, quò Patris rationibus intimè perceptis, ad publicam eius commendationem traducebantur vel inuiti, ab opinione quam conceperant de illo pessima, & probrosissima; tantum ergo potius audiendos, tanquam Veri Magistros, & regionis illius clarissima lumina] ita quatuor illi ex ordine Literatorum testes; quorum eam

subita,

sabita, & inexpectata confessio, impulsos Patris sermonibus ad Christi-  
 nam animos integrè expugnauit. Nec fuere minoris ad incrementa, &  
 gloriam diuinæ legis, crebræ cum Bonziis, & Literatis omnium ordinum  
 concertationes, in oppidorum altero commissæ, vbi sub dio campus  
 multitudini theatrum præbebat & scholam, quòd nullo alibi audito-  
 rio capi posset. Illic mirum iuxta, & delectabile, cum patrocina-  
 rent spectator, etiam ethnicus doctrinæ Christi contra ignorantiam  
 Bonziorum, & Literatorum superbam proteruiam, qui fractis Bon-  
 ziiis subsidio aderant & obstinabant vtrique animum pugnando non  
 veri studio, sed hi laude ingenij quam pudebat illos externo cedere;  
 illi ventris ingenio, dolente sibi sportularum & stipis largitores de-  
 dere; neutri atereando, & recalcitrando dissimulare amissam victo-  
 riam poterant, eratque vniuersis patens, eos animi prauitate, non  
 rationibus instinctos, Christo aduersari. Multi demùm vtroque in  
 oppido, solenni baptismo expiati; constituti duo Christianorum cœ-  
 tas; & tam feliciter diuinis imbuti, vt eorum non nulli vt plurimùm ru-  
 des, & pauperes prodigia ederent, essetque nihilo iis operosius ex oc-  
 cupatis corporibus, & locis dæmones pellere, quàm signum crucis  
 in eos formare, aut aquæ lustralis guttas aliquot spargere, quo be-  
 neficio dum liberarentur à dæmone corpora ethnicorum, assereban-  
 tur etiam animæ ab eius tyrannide in libertatem filiorum Dei, comper-  
 ta potissimum crucis, imaginum, aliorumvè sacrorum efficacitate qua  
 ipsi quoque ethnici, & idolatræ fiebant dæmonis victores, Bonziis  
 inierim, execrationum cantamenta, frustra in illum torquentibus.  
 Chiatini præterea nostri sedem fixere; beneficentia Literati, cuius ea  
 erat patria, & nomen Ignatius. Illic ethnicorum conuersionibus ini-  
 tium dedit Cattaneus; Sciamauium postea curandam suscepit, vr-  
 bem Pauli Doctoris natalem, vbi semel duos & septuaginta, Christi  
 fonte purgavit. Reliqui dissitis passim locis prouidentia diuinæ fidi-  
 cia, instabant operi, & excursionibus in longinqua, quod committe-  
 re se publico & primariis vrbibus vetarentur, vtilitatem suorum labo-  
 rum late sed tacitè spargebant, quorum euentus singulares & progres-  
 sus legere vtrumque dignum sit, verum & rerum similitudine, &  
 prolixitate forsitan molestum. Instar omnium esto Martini factum il-  
 lius in arte bellica Doctoris non semel hætenus laudati & in summos  
 quidem armorum honores à Rege prouecti, sed militis habitu glorio-  
 sius Apostolum agentis, patrèmq; plurimorum quos Christo genuerat.  
 Is dum Mandarinò, vrbianitatis officio, occurrit aduentanti, cum eo  
 qui solet comitatus numero & fastu, conspicatur hominem planè nu-  
 dum, sed partim pudore nuditatis, partim acutissimo frigore; se se  
 in glomum colligentem, de via deflectens quærit ex eo quis? & vnde  
 sic nudus & abiectus? respondet miser de conditione familiæ minimè  
 obscura, sed à latronibus (quibus vndique regnum scæter) præter vi-  
 tam nihil sibi relictum, fame fortassis, & frigore; cruciatu maiori  
 perituram

peritutam, prohiberi enim se verecundia honestatis, ne per oculos comitantium in urbem rediret indecore, nec tamen quicquam ex Martino petiri opinor quod Sinis misericordiam, peregrinam esse virtutem sciret, planeque ignotam, nisi si forent Christiani. Ad hoc Martinus sic assueverat, ut quocumque iret, stipem cuius egerat, ultro, nec rogatus offerret cum incredibili ethnicorum admiratione, & Christianismi laude qui tantum virum ad eam formasset tam benignam, & amabilem disciplinam. Memor ergo sancti cuius nomen gerebat, vitam à Patribus legendam acceperat, mediam sibi detrahit turricam serico pulvinatam, quod superior ob tenuitatem arcendo frigori esse ineptior, eaque iacentem contegit, qui suo in urbem regressu, civium oculis eò illustrius præconiu edidit tam inusitata pietatis, quod idolatram eum esse videri potuerat eius beneficio indignus. Subeamus nunc in annum æui huius vicessimum alterum, Christianis Nanchini, & Lusitanis gloriosum; illis ob triumphatos inuicto patientiæ robore hostium cruciatus; istis ob domitam virtute militati, hæreticorum Batauorum ferociam.

68.  
Nanchin.  
Christ. Fer-  
uor.

Ac Nanchini quidem tenues, & obscuro; sed magno numero Christiani, & constantissimæ ardentissimæque sanctitatis, post electos à tyranno Scin Patres, & eorum amicos diris afflictos supplicis, oculo se in cœtus fodalitatum diuiserunt, in quos statim diebus lege immobilis conuenirent, acturi de diuinis, inflammaturi animum nouis castitium ignibus, & charitatis exquisitissimæ inter se officia partituri, nemine vincorum, inopum, ægrotorum, calamitosorum, ne mortuorum quidem prætermisso, in quem huius amoris prouidentissimi curas non mitterent; sed multò diligentius in pueros infantes quos matrum egestate nimium facili, vel crudeli alendi tædio abiectos, tollebant ex publico semiuinos, ferebantque domum regenerandos sacro baptisinate. Nec erat in hoc virtutum agone feminatam victoriam quam virorum minor. Et fuit quæ vincendi sui & Christi amore, purulentam ægrotam, ministerio suo curandam susceperet, quam ipsimet propinqui feotoris intolerabilis impatientia barbara, exposuerant in ripa fluminis, fame aut frigore, aut tabo necandam. Fuit quæ gemmas, & mundum multibrem venderet, ut confecta ex iis pecunia, Christianorum leuaret egestatem. Fuere quæ assiduis se penis pro Christo conficerent. Lustrabat fatim hæc fodalicia uteruis ex Patribus ne quæ Scini exploratoribus suboleret, cumque nullæ Christianorum iam aedes multitudinem caperent ad diuinum sacrificium confluentem, emptione prorsus superfidem mirabili, conciliatæ sunt aliæ multitudini tantæ pares, emiserunt illas egentissimi quique fidelium communi sua, & sudata contributione, sed clam & inconsulto Patre ne prohiberentur ab eo exiguum illud quo se ac familiolas fraudabant suas in eam emptionem conferre. Aliam nobis emit domunculam Lucius miles Christianus longè ab urbis frequentia latentem, ut Patrem occultaret, qui anno

integro

integro etiam ethnicos in ea docuit, fideli eorum silentio securus, & ex his ferè quinquaginta ad Ecclesiam adiunxit. Inter hæc Nanchini prospera, nouum protulit monstrum Sciantunensis ad aquilonem Prouincia Pechino contigua deprehenditur illic pestilentissima omnium quæ vnquam extiterant secta, Pelienchiaiorum appellatione. Claudelinos in latebris habebant cœtus, distinguebantur inuicem gradibus dignitatum, vni omnes Prælato suberant ad nutum, diribitori officiorum, & arbitro; dicendi porrò argumenta dum suos conuentus agerent, haudquaquam ad religionem, aut rationes animi spectabant, sed Mandarinatorum tyrannidem, & euerisionem; in eam conflandum ex populo militem eundum in arma, & si læua in cœptis non obstaret fortuna, pergendum vltius; petendam Pechinum, regiam occupandam, trucidandum Regem, diripiendam gazam, & thesauros priusquam diriperentur à Tartaro iis iam proprius imminente, & partis victoriis tumido: At si pares non essent tantæ huic moli attollendæ, quicquid præterea in regno extra Pechinum erat fore in illorum potestate, dummodo viri essent, & ius armorum forti manu tractarent. Dicto citius in opus consilia exeunt: redundant enim Sinæ multitudine superuacanea, egena plurimum, famelica, & omne facinus de facili ausura; nec ad cogendum latronum exercitum alio est opus nisi proiectæ amentię plebeio qui ducem illis se præbeat. Primæ horum expeditiones, incubuere direptionibus quæ vltro citroque commebant; inde copiis aucti promiscuis, urbem vnã, & oppida quatuor incursionibus subitis oppressa prædati sunt; demum vbi primum suo obstantes furori sensere, illic ad sex hominum millia trucidarunt. Conciditque hic eorum prima & vltima rabies. Erat autem tunc regnum si vnquam alias casui proximum. Leaotunensem regionem, partim armis subactam, partim metu desertam partim etiam emptam à proditoribus tenebat Tartarus, ducebátque in urbem regiam tam citato gradu, vt Rex suis diffidens, inter se discordibus, perfidis, & ignavis Nanchinum cogitaret, alteram regni aulam, statétque procinctus ad fugam, nisi; vt olim Vanlién eius auum, fidelis Ministri consilium sapiens confirmasset. Eo enim absente cessurum vltro pacificè Tartaro regni dimidium, Prouincias sex capite, animisque orbatus; eum esset minimè dubium, alias tres intestinis in Regem odiis nutantes occasione tam prona vsuras; his tot foris & domi periculis, si arma iungeret secta perduellium latronum, nec Regi effugium, nec regno salutem superfore. Quamobrem seuerè Protegibus, & Magistratibus toto vbique indictum regno, ne cui diligentię, sumptui, & cruciatibus parcerent in peruestigandis coniuratae sectæ rebellibus, libertandóque ea peste regno. Nec vllos vsquam cœtus cogi suis in ditio-nibus paterentur: edictionis Regiæ formidolosa imperia, vbique moribus ardentur curata, Nanchini maximè omnium quotquot sunt maximè timida & suspiciosa; taxatúmque illic reorum indicibus, &

69.  
 Secta Regi,  
 in regno in-  
 fest.

productoribus capitis pretium. Quæ perscrutatio dum feruet contigit ethnicum sceleratum, in ædes subire optimi Christiani, cuius statum nomen ad tribunal defert quoddam sacram imaginem, & crucem, in cuius ædibus animaduertisset; capitur illico Christianus, torquetur atrociter ad extorquendos ex eo delicti conscios, neminem nominat, præter imaginis pictorem; qui diris item quæstionibus subactus Christianos edit quadraginta, simplicitate magis animi, quam cruciatuum impatientia, subdebat siquidem ad innocentiam illorum, vnum ex Patribus quos Doctor Michaël Hancei, secum domi haberet, Nanchinum subinde redire ad excolendos morum documentis illorum animos, & norant Nanchinenses, norat perfidus Mandarinus Christianos à Pelinchiais quantum cælum ab inferis distare; sed captabat in aula fidelitatis famam simulatione repertæ nouitatis, & industriæ in perduellium captione, præterquam quod erat tyranno Scin intensus, & crudelitate in Christianos perfimilis. Iubet ergo turmatim milites, vrbem cum carnificibus obire, armatis de more cruciandorum reorum feralibus machinis; Christianos quos pictor ediderat, magnis vocibus nominare; de illorum domibus quærere; inuentos barbarè, immanitèque traducere, expilatis itaque ad primos ingressus illorum domibus, prælatisque dumtaxat imaginibus sacris & crucibus, velut scelerum testibus; catenis colla, manicis & vinculis brachia, pugnis, calcibus, fustibus corpora onerare ac raptare magis quam ducere: prohibentem verò illorum probrosis conuitiis scèdare, quæstionem ignara plebecula exaggerabat tam indignè vt in reos damnatos non posset acerbius consuli. Eminebat tamen ea in plerisque oris alacritas, patientiæ robur in omnibus vt eo spectaculo magnopere cresceret fidei sacrosanctæ existimatio. Ac vt quisque primùm in Mandarinum conspectum venerat, dabatur in tortorum manus, qui acerbissimo cruciatu locorum nomina quærerent, verum enim verò cum triginta sex torqueretur, nihil a quoquam expressum est, suum quisque professus est solum, & familiæ suæ nomen, Christianum se esse, familiares omnes Christianos, non Pelinchiaios piratas, & rebelles, hæc monstra scelerum Christianorum damnari legibus, quorum innocentiam venerabilis senex Iao Ioannes, ille qui se olim tyranno Scin obrulerat cum vexillo professione inscripto Christiana, tam luculentis probationibus defendit, vt sui puderet Mandarinum, eumque cum aliis duodevigintâ, quos iam tormentis subiecerat dimitteret liberos, octo illos tantùm retineret, qui sodalitiis totidem, ædes proprias commodarant. Hos tota Nanchino per sex Prætoria ferro & vinculis onustos, turba carnificum ignominiosè circumducit; cæduntur vbique ipso in aditu indicta eatenus & incognita causa, pro cuiusque iudicis feritate, qui vt semivirum & semiferum decuit Eunuchus Regius ad quinque tribus nalia quinquies cæsis & laceris, plagas addidit viginti, ea carnum leniæ, & cruoris exhausti, vt in asserum tabulis reportarentur in carcerem

70.  
Christiani  
pro sceleratis  
rebel. Nanchini  
torquentur, &  
fortiter ferunt.

rem semiuivi. Nec defuere inter alios Mandarinos qui ore eodem simul pronantiarent innocentes, quàm esse aiebant propriam Christianorum dotem, simul caedi iuberent, ne auctoritatem sui tribunalis viderentur negligentius tueri, aut Scini placitis frigide affici. Pendebat Nanchinum causæ atrocis expectatione, nec fingere poterat, nisi captura tam solenni, & tam crudelibus supplitij extremi præludiis, præiudicatam, in crimen aliquod horrendum sententiam, quam securura esset mors inusitati generis horrore terribilis. Non potuit tamen causæ iudex supremus Mandarinus, quantumuis in illos sæuiret aliò ferorem excutere, nisi sacrilega in Deum ipsum execratione. Pronuntiavit legem dominatoris cœli falsam esse; homines dementare; coitionibus vetitis iure suspectam se facere; refractariam Regis imperio se præbere, cuius edictionibus proscripita, nihilo secius in cœptis pergeret, ac sustentaret se se. Proin aliundè Nanchinum aduecti reducerentur in patrias à præsidio militari; Nanchinensium colla iugo ligneo ad mensent stringerentur, inde se denuo sisterent, serio admonendi Regi obsequentiùs parerent in posterum; absterentque ab lege profitenda, qua Rex seuerissimè interdictum vellet. Repetentibus à tribunali domos suas, occurrunt vxores gratulatorijs lachrimis prosequentes confessionè generosam, & alacrem, cuius nobiles notas, lauiata, & cadauerosa membra ex Prætorijs referebant. Reliquorū item octo & viginti quos à se iudex amiserat, coniuges heroinas nihil æquè solabatur vt tormentorum constans perpressio, in qua maritos durare fortiter crebris internuntiis discabant, non sine humili & sancta cœterarum mulierum æmulatione, & communibus in causa communi gaudijs. Ex beato tamen quem dicebamus octonatio, vnus exiit beatissima fors qui plagatum dolore interit. Eius vocabulum Andreas, vilis conditio, opificium lignatoris, uorum sanctimonia, vulgari sublimior; Renuus ex aquis vitalibus tantum egit vt suos omnes renasci cerneret non modo Christianos, sed sibi persimiles, amore & cultu Reginæ Deiparæ afficiebatur tam tenere, vt quicquid animo incidisset quod ei crederet placiturum, propensissimè id exequeretur. Quæ vero egestas, pectus, manūque pleisique contrahit, auertitque à miseris alienis, hunc iis leuandis co præstabat largiorem, quod nihil habens quod daret, dare seipsum Deo, hoc est operæ suæ fructum, & sudoris putabat. Iam ad augendum fidelium numerum, & virtutem, vix erat illi par, & in illa Scini cruenta tyrannide, haudquaquam ipse certamini, sed ipsi certamen defuit, ex quo post paulum vt cruciatibus sic meritis auæior, coronam retulit. Tam assiduus & sedulus Patribus aderat quos nefarius Scin pergebat diuerso carcere macerare, alterum iacentem in extremis, alterum ex plagis adhuc hiantibus, vt si cogereretur ab vno ad alium transire, filium substitueret suo loco; tam accurata in iis iuandis sollicitudine vt Patrum pater à fidelibus audiret; aberatque tam procul à mercenatio in istis animo, vt ipsos præuidens, velle nollet, pensa-

turos donis saltem æqualibus, quicquid sumptus in eos fecisset, modum repererit quo ipsos falleret. Quæ mittebantur ad illos argenti segmina, & Panni Serici à beneuolis Mandarinis etiam ethnicis, reponerebat iis scrupulosa fide, tunc statim reddenda, cum liberi forent à carcere; postquam vero Nanchino exularunt, Christi se obsequio penitus, domumque suam consecrauit ubi spiritu quo ardebat sancto de diuinis dicentem audituri conueniebant Christiani. Et suo ipse quantumque periculo emebat, Patrem apud se habere hospitem quoties Nanchinum reuiferet, ad neophytorum spiritus refouendos, & augendum illorum numerum; quanquam id sapius faceret, subindeque in menses plurimos. Hac ergo Andreas sanctorum palæstra, glorioso agoni præludebat quo moris pretiosæ septem consortibus tormentorum negatam coronam adeptus est. Sepulti corpus venerabatur etiam ethnici, conditumque est loco ut sinebat calamitas temporum, & funere minime indecoris. Hæc magno ubique Christianissimi detrimento Nanchini gerebantur, si par famæ fuisset toto vulgare Imperio fides, idem esse omnino Christianos quod Pelienchianos, & pro iisdem Nanchini tentos, iustas sectæ nefariæ, tribunalibus sex decessu pœnas. Quamobrem Doctor Paulus tam perniciosum nomini Christiano, & probrosum errorem, populos dedocurus, tractatu festinans sed discrimibus quatuordecim solidissimis firmato, palam scit, Christianos esse à Pelienchiais non modo diuersos. Verum iis plane oppositos, ut qui vitam ducerent insontem in omni genere probitatis, Pelienchiaij sceleratissimam; opus properè absolutum, sed efficaciam rationum potens, P. Petrus Spira Mandarinoferebat, qui sacrilegio sceleratiori contra Christi legem, quam contra octo Christianos pronuntiauerat, verum Nanchini exclusus introitu, Mandarinum reddendum, manu curauit aliena. Qui quoddam esset Colao Scin ad omnia abdidit acerbas Paulo reposuit literas, aggressusque de summa quaestione rationari, dubium reliquit malignè magis, an imperitè id faceret, omissis enim quibus Christianos à Pelienchiais Paulus distingueret quatuordecim notis; in nuda hærebat propositi criminis affirmatione, sectæ vnus utrosque reos esse utrosque Regis Imperio contumaces, Christi legem à Rege proscrisibis ab iis promoueri. Patres à Rege extra regnum pelli, ab iis induci & Regis ingratiis. Docere, conuictus cogere, sequaces colligere; at enim hunc maiestatis contemptum adedò confidentem, haud fore diuturnum interpellatum esse Regem supplicibus literis, alteris in sectam Christianam; in Michaelem Doctorem alteris, & quosdam præterea (Doctores Paulum, & Leonem volebat intelligi) qui Patres domi secum haberent, & contra rescripta regia tuerentur; qui minæ hominis improbi præter eius mentem fuisse Patribus salutare, qui mox reluctanter multum Doctoribus cutissas inquisitorum nares secretioribus, & solitariis latebris fallere præuerterunt, ne Colai Scin furialibus libellis, & Regis indignationi vir-

ros exponerent, quorum post Deum potentia, Christiana res nitebatur. Verum enim vero nostra Pechini apud Regem, & Colai Scin causa, longè alia erat quàm Nanchini, Deo eius vices sic in oppositum mutante, vt redactus in ordinem Colaui ignominiosè aula pelleretur; duo è nostris palam in eam redirent iteratis accitis literis, & domus veteris possessionem repeterent.

Ac tyrannum quidem Colaum Scin sua vnus flagitia euerterunt, nec Regis tutela præpotens qua in gratiam Eunuchorum, supremos ab eo Mandarinos defenderat, aliud protulit, nisi vt maiori cum infamia caderet. Ad centum (aiebat Doctor Paulus) in eum libelli tam atroces ab iis in regiam penetrarunt, vt in cunctas latè Prouincias (qui aula vsus est) per veredarios transmissi, immanissimæ belluæ vulgarent detestabilia scelera, eumque publicis odiis, & execrationi exponerent post quæ Rex eius abrogationem, nec vltro disferre valuit, nec ipse regressum ad priuatos lares; priuatúsque Hancei sua in patria iacuit. Et hic demum alter ex residuis Colais, summa denuo potitus regendi potestate, Longobardum vrgere ad maturandum in aulam reditum, cuius illi auctor sapius fuerat, de quo erit anno proximo videndum. Hoc autem æui vigesimo altero, sub medium Iulij fortunatè in Sinas subierant è nostris quatuor; Manuel Diaz senior, stationes nostrorum ex officio inspecturus; alij operam ministeriis solitis daturi, Ioannes Adamus Scial. Rodericus Figueredus, & domesticus adiutor Melchior Riberus, quorum aduentu inopino vt iucundissimè affecti sunt fideles, ita non multo post F. Sebastiani Fernandez obitu grauitè doluere. Erat is ortu & nomine Sinensis, cognomento & Lusitania adscito; itinerum Riccio fidus comes; laborum socius & Apostolici muneris quod pro suo gradu constanter impleuit, in arduo illo & palmati negotio fundandæ inter Sinas Christianitatis, in quo haud scio plus sudoris, an sanguinis fuderit. Ad hoc illum Deus ingenti animo, bonitate ingenij, vitæque à puero innocentissima donarat, & alienæ salutis appetentissima, cuius studio ardens, interpretem Riccio & seruum se dedit, quamuis alioqui honesto loco natus; vt pia illa, & humili annorum aliquot opera promeretur aditum in societatem, quem superioris seculi anno primo & nonagesimo Ianuarii Calendis obtinuit. Non retexo arumnas inter quas fortiter in gradu virtutis generosæ semper immobilis durauit; non contumelias, vincula, & plagas Hancei, Licini, & vtraque in vrbe Regia; demùm seruile extra murum maiorem exilium, & prope Tartatis in prædam, & quo tamen assertus pretio, euasit, sed à cruciatu pedum & manuum nequaquam, nec ab illa flagrorum cruenta, repetitæque sæpè laceratione quam sibi fore lethalem dum putat, mortemque operitur, dedit è carcere literas ad amicos, quæ vbiicumque perlectæ sunt multo igne cœlesti animos inflammant, nec ambiguo deinceps inditio conficiendum reliquerunt, si Sinenses educuntur, Apo-

71.  
Tyrannum  
Scin sui fla-  
gitia euer-  
tunt.

72.  
F. Fernandez  
Sinens. obi-  
tus & virtu-  
tes.

stolicæ virtutis nihilo segnius, quàm Europæos, apicem prensare ac  
prehendere, illa enim ferendis pro Christo supplitus magnitudo ani-  
mi gestiens, abundè loquebatur, eius epistolas non sola verborum  
speciosa magnificentia tumere. Catechistam agebat perpetuo, & Pa-  
trum quas poterat obibat vices, dum cogerentur latitare, & peregri-  
nam patriam si foras prodissent, sola oris diuersi specie ferari. Senio  
iam grauis, dabat operam docendis feminis, & baptismo lustrandis,  
quam virtutis eius secuta fiducia Sinenses habebant gratissimam, tim-  
et si hac in re suspicacissimi. Contemptor ad hæc sui, & proculcator  
eximius Fernandez nihil respuit quantumuis famulare & abiectum; ad  
laboriosa, & molestiis ardua vltro suum ministerium detulit; Macaum  
sæpius simulato habitu adiuit, ad referrendum nostris, victus annui  
commeatum, neque id sine capitali, etiam vitæ discrimine, & seme-  
stribus interdum in ritu, & reditu ærumnis, in quibus solus, nec arbi-  
trum metuens, coniunctissimus Deo semper fuit, quo iubente, & co-  
mite, illa conficiebat itinera, velut (quod ipse dicebat) loca sancta  
lustraret peregrinus. Annis fractus, ex quibus duos & triginta in so-  
cietate duris habuit rebus ærumnosos, nullum tamen iis quæsiuit de-  
uamentum; paupertati vestium & victus nihil addi poterat, multum  
pœnis ipsius spontaneis detrahi; quod vnum ferè erga illum, Rectores  
ipsius habebat sollicitos. Nobis tandem fidelem Dei, & Euangelij Mi-  
nistrum annus abstulit ætatis supra sexagesimum quintus, neque liris  
constat, nec admodum interest, Nanchini vel Hancei.

Claudat annum hunc 1622. hunc tentata in cassum à Batauis Ma-  
caum, (posita quidem extra Sinas, ad eos tamen vtrumque attinens)  
& generosa nostrorum opera in eius propugnatione. Mensis Iunii octa-  
uo decimo cœpere tredecim Batauorum naues circa Macaum volitæ;  
aliæ quatuor è regione arcis aliquantò prius in anchoris steterant, ex-  
pectabantur ex molacis præterea sex, instructæ valido armatæ, sed eor-  
um pertæsi longas moras, & de aduentu iam dubij, pugnam decer-  
nunt in diem præuium festo S. Ioannis præcurforis. Marti, vt olim  
descripsimus, tria Macai cinguntur latera, & propugnaculis totidem,  
munitione tormentorum copiosa egregiè tutis: quod sensit illicò graui  
sua cum elade hostis hæreticus. Nam aggressus toto ingentium na-  
uium, æneo fulmine, propugnaculum quatere quod debilius videbe-  
tur, tulit inde tam clarum & decretorium responsum vt eo nauium  
altera aperto latere, totum hautiret mare, & aquarum depressa pon-  
dere sorberetur. Proniorem ergo putauit expugnationem, qua latius  
insulam respicit; nongentos in terram, vrbe procul exponit catapultas  
cum tormentis duobus, graditurque ad impressionem, seu magis  
ad arcem capiendam quod certo statim futurum crediderat cum nauis  
exscendisset; transuerso enim præsidio, viam sibi ad urbem parans, non  
plus vno distans milliari, præsidarij sibi consulere, seque intra mu-  
ros statione deserta recipere, quod arte factum non potuit melius quàm  
metu.

73.  
Bataui frust.  
Macaam im-  
pugnator.

metu, & consternatione cadere. Ouans insolentius Batauus, & canens victoriam, præconem plus ultra proruit; relictis à tergo quas traherat duabus machinis, & surdus ad imperia Prætoris frustra cæcum impetum reuocantis, & clamore irriti iubentis captum præsidium ante omnia communiti. Multi se tunc Patres Iaponia pulsæ, receperant Macaam, qui ad classis conspectum, vices & munera sortiti, magnam partem instabant confessionibus diu noctuque audiendis, parandoque ad pugnam, aut stragem quamlibet populo; rescitum siquidem post frustratam expeditionem fixum Batauis fuisse vrbe expugnata, fortassis etiam pacto sibi asserta, feminas ad prolem referuare, quinquennibus parcere pueris hæresi facilè imbuendis; ferro cæteros delere. Hic duo è nostris Itali, poliiorceticæ haudquaquam rudes, maximè P. Iacobus Rhò firmare nouo munimento infirmiore partem; tormenta quatuor bellica in collem attollere vicino Collegio imminentem, multum ridentibus qui ridendi magis parum aduertebant quàm erat Batauis ad urbem accedendum; restà illuc fulmen excussura; & vero in alterum Batauorum agmen librata perite machina, primum dedit victoriæ specimen, paucorum morte omnes exterruit, & agmen retro egit, dum reliqui intra urbem Patres animos ciuibus facerent, bini singulis in propugnaculis, viginti promiscua in turba quæ ex Europæis, ex Indis, & Cafribus; seruis, & dominis digerebatur ad eruptionem: hi nostrorum hortatu, eum animo haufere ardorem, vt sublato S. Georgij clamore erumperent alacres ad intercludendum progressu Batauum, & confidentia generositate implerent partes exercitus numerosioris, non vno loco, sed semper pugnatum est, catapultariis Batauis nullos æquè ad ictum vt nostros legentibus qui postrema salutis præsidia periclitantibus ministrabant, sed imbecilli semper (quod falsi sunt postea) & erranti glande. Lusitani contra vtrumque hostium iunctum agmen, eo furore inuadere vt naues fuga repeterent, abiectis armis percutiebant primos, proculcarentur à sublequentibus, & tanta consternatione, præcipitarent se morti eripere, vt eam in mari inuenirent. Ex trecentis ferè illo prælio cæsis pars maxima, dum armis & vestitu graues, experiuntur natatu ad naues euadere miserè in aquis periere. Desiderati sunt ex Macaensibus non plus octo; triginta vulnerati; triumphantes in urbem cæteri rediere, aucti spoliis præda, & armis hostium, in quibus duæ quas diximus igniaræ machinæ, & canteriaræ catapultæ quingentæ. Augeret victoriæ gloriam, si, quod scripsit non nemo, Deo euidenter, & extra ordinem adiuuante probari posset reportata, sed discors scriptorum narratio, qui tamen rebus præsentibus aderant, singularia illarum mihi non satis elucidant.

Nunc retro ab anno 1620. repetendus est cursus fidei propagandæ in regno Cocincinæ, cui Sacerdotes è nostris quatuor, & Catechistæ tres, itidem ex nostris omnem operam dabant, stationibus duabus, octo dierum itinere seiuncti, Faisi altera in Prouincia Caciiana; Nuocmani

74.  
Cocincinæ  
Regnum ex-  
colitur.

mani altera, in Pulocambis, vel ut eam appellant indigenæ Chingini Prouincia. Illic & regno ubique vniuerso consciuit nobis illustrem famam, præclara Regis de nobis opinio, quos lib. nter & crebro suis Principibus laudabat, velut homines sinceræ probitatis, & virtutum præstantia insignes, tuebatúrque aduersus calumniatores. Cui Regi erga nos animo accessit libri editio de Christianis dogmatis & præceptis, quæ Deo placuit multis tum rerum prodigijs tum magnis de publicis sancire, expulsionem potissimum malorum dæmonum, ex occupatis corporibus, & locis. Vix enim aliud orbe toto in Regnum tyrannidem suam exercent crudelius quam in Cocincina & Tunchino. Plena illic magis, veneficis, incantatoribus omnia; & maleficis partim lemuribus, belluino instinctu ethnicos infelices continuo vexare solitis; partim quò blandiùs, ed crudeliùs, & execrabilis in eos facere. Subire in familias tanquam domestici, seque in eas velut transcribere, ad ea haud prorsus opera quæ puros, & liberos spiritus deceant, nisi forte quos Christus in porcos immisit. Dementatis ergo, vel correptis ab nefario amatore, certa erat ad frugem, & libertatem via, si dumtaxat semel aures præbuisent Christianam doctrinam replicanti. Arreptitios, spectorum obiectu, & strepitu; veneficis quolibet, aut morbo fascinosos, simplex de ligno crux de collo appensa liberabat; & patieribus affixa domos ab omni Dæmonum infestatione. Auarè tamen Patrum laboribus, conuersionum respondebat messis, & quidem illic ubi potissimum exerebant illos contentiùs, Turon videlicet quæstuosissimo Regni emporio; Caciani, Principis regia, Literatis frequenti; & Nuocmani; Pulocambis Prouinciæ vrbe primaria. Ex iis Buzomius, & Pinna concionum assiduitate, & conuersione priuatim ac publicè cum Literatis & Bonziis crebra, vnum tulere veri rectique approbationem, & gratiam; mutationem in melius nullam; quoad Deus illorum operam ope sua præsentem fortiorer. Placuit interim experiri plufne aliquid possent in castellis, & pagis quam in colluue urbium, iis vitis inquinatissima quæ Deum longius ab homine arcet, processitque res supra votum, nouos instituit Christianorum cætus, esto exiguos sed multos; esto ex vili, & simplici collectos aratorum & opificum plebe, verum faciles ad diuina, & salutis curam, vitæque innocentissimæ, quam esse sibi gratissimam, beneficentia supra communem singulari non raro significabat Deus. Ne tamen alibi nostrorum labor videatur exisse prorsus in vacuum, subdam hic aliquos, quorum illustris & potens authoritas multos suo exemplo ad Christum pertraxit. Primas in iis meretur matrona Nuocmanensis potentissimi vxor Mandarinum, gratiosissimi apud regem, & in aula, rebúsque publicis apprime versati, ambo erga Buzomium mirè comes quod hominis affabilitate, modestia, & vitæ candore plurimum caperentur cæterum ab eo de religione audiendo alienissimi, ut qui facinorosi sacrificuli doctrinæ acquiescerent penitus, Banci vobulo

75.  
Conuersio  
mira matro-  
næ Principis.

bulo, professione Bonziji, palam voluptarij, fœdi & triumphatorum mariti quod alendis pluribus non esset; loco tamen haud inferiori adorari volebat à suis sequacibus, quàm monticoe Bonziji, victu culeque horribiles, quem illi honorem, eloquentiæ gratia tam efficaciter obtrinebat, vt vulgo diceretur auditorium suum incantare. De Deo & anima, futurisque post mortem, bifariam philosophabatur. Vulgo quidem tradebat Deum esse gigantem qui vertice tangeret Orientem; Occidenti plantis insisteret; dextra limites austri; laeva teneret aquilonem. Vniuersum hoc, eius opus esse, non elaboratum in materia illi extranea, sed ductum ex ipsomet suisque distentum in partes quas eius singulis vude essent profusa accommodabat membris, delira inuentu attributione; dictu fœda, & propudiosa. Discipulos vero in scholæ arcano, longè diuersis ad omne flagitium instituebat elementis. Nara videlicet, nascique ex nihilo omnia cum sint planè nihil priusquam esse incipiant; reuersura in nihilum omnia, vt nascituris loco cedant; ex his naturæ alternis vicibus rerum ortu casuque distinctis, longam habebat contextam seriem, quàm particulatim iubebat à suis accurata expendi meditatione, quod diceret, qui semel animo comprehensum haberet, in nihilum redire omnia; esse iam hoc ipso beatum, & beatè victurum quod certè illi non posset obstringere cuius missæ in futurum curæ præsentis turbarent voluptates. Hoc philosophantis porci epicurismo imbutum Mandarinum & vxorem, mirum non erat abhorre à scitis Christianis quæ in præsentium contemptu, & futurorum desiderio metugue vertuntur. Sed eum horrorem, gratiæ suæ suauis miraculo diuina bonitas in hunc modum discussit. Agebat Sinoe Mandarinus altero regni sine, legandusque ad regem Cambogiæ, necessariis documentis in aula præmoniebat, cum ecce nos vxor improuisa in sublimi adit elephante cum aulæ muliebris, & nobilium virorum superbo comitatu, accessit è Patribus, alterum: audire amplius de Deo, & lege quam prædicaremus enixè flagitat, de quibus ait, visa sibi omninò grandia quæ audisset; ea si perinde competisset vera & solida, daturam se veritati manus, & Banci Bonziji damnata doctrina Christianismum professuram. Stetit promisso mulier generosa, & pro ingenij perspicacitate, lacis que diuinæ copia; facili, nec longa institutione edocta de omnibus quæ tùm oportebat tùm expetierat, initiatur sacro fonte, faustoque Visulæ nomine insignitur. Sequuntur dominam ex eius familia vndecim, in quibus raræ prudentiæ vir grauis, & laudatissimæ quoque inter suos ante baptismum vitæ Thomæ vocabulum accepit. Reuersus ex aula Mandarinus mirari nudatam penatibus domum, spoliata idolis conclauia, nihil vsquam Deorum apparere; quo euaserint rogare: quidve hoc denique nouitatis? Hic præstans mulier magnalibertate de Deo quem susceperat colendum, & augustissima eius lege tam multo viro edisserit, & tam eleganti commendatione, vt is factum non modo laudaret, sed sequi exemplum decerneret. Noctes igitur viginti, (nam

76.  
Conuersiones  
in Cocinc.  
& disputa-  
tiones.

dies solidos negotia publica occupabant ) horis in singulas minimam quaternis doctrina excultus Christiana; expiatus est sacro baptismo, & Ignatij nomine. Ornauere diei faustitatem duodecim aulici, sancti Domini sui imitatione; fuitque concione quavis incitamentum hoc ad Christum potentiùs, & pignus messis deinceps lætioris. Inter hæc classis parabatur quæ Ignatium Legatum in Cambogiam deferret; ipse periculis occurrens molestissimæ nauigationis, simul nomen ostentans quo gloriabatur; in puppi nauis Prætorix, Redemptoris attollit effigiem; mali summum præfigit Christi cruce, medium Iesu augusto nomine, irrisuque diei obseruatione quem illi ethnici vaticinabantur ominosum, illo ipso die cum soluisset, prospero mari Cambogiam tenuit, vbi pectoris Christiani experimentum præbuit generosissimum. Venerabatur idola Cambogix Rex, duos tamen ex nostris ante annos aliquot rogarat ad se mitti, amplissimam iis facturum potestatem constituendi sacras aedes, & regni totius diuinis legibus excolendi, quæ ille promissi auara liberalitate id agebat vt Lusitanorum sibi commercia firmaret, ex quibus ingens meditabatur lucrum; sacra de cæteris, & Deum & animam flocci habens. Adest ergo Macao ad Aprilem anni 1618. operatoriū par strenuum qui contra quàm promissa spondponderant, frigidè statim, & parùm humaniter habentur. Regis sibi gratiam Bataui; odium Lusitanis & Religioni Catholix præuertentem emere, donisque illum & Principem filium, spebus & calumniis demerantur maximè aduersus Iesuitas ab Indis vsque Iaponiam peritenti doctrina perdentes vniuersa. Sic desiderio potiti Bataui promissa Lusitanis, vindicauere sibi commercia & religione vilibus lucris posthabita, regnum maluere idolis quam Christo subesse. Regi displicuit nostrorum aduentus, eorum munera respuit, dempto quòd publice Macaenses perferendum iis crediderant. Lusitanos autem duabus adnectos nauibus, vix semel in conspectum admisit. Vlti sunt grauior Batauorum iniuriam Lusitani nauali prælio, sed hoc neque admodum huc facit, & fidem vix fecero bellici robotis & prodigiorum quæ nauem Lusitani, nauicula tenui contra hostium tritemes quinquaginta tres feruntur edidisse. Nostris quidem illis operariis duobus semetipsum expectatio ventorum non fuit otiosa, porrexere desertoribus manum vt ad Ecclesiam redirent, Dei prope sui que oblitos restituerè pristinæ probitati & collato Ethnicis aliquot baptismo, emendatisque illorum moribus qui ex Europa frequentes aderant, iter Macaum versus iterarunt, Legatus verò Ignatius Regem aditurus, cuius assidue Bataui concepta semel in dogma Christianum odia ventilabant, luculentam crucem de collo suspendit, cuius ille aspectu caperavit frontem; post veteri tamen consuetudine legationis alias obitæ, interrogauit, quid rei id esset? nec solere hoc signum nisi Christianorum gestum esse: & hæc, ait Legatus, causa est, quamobrem id præferam, quod si re ipsa Christianus, nec te putauerim posse à me adiri magnificenti-

tius, nec cœli Domino gratiâs quàm ea conspicuum, & illustrem nota: nec valuit barbarus amicitia alioqui etiam æternum renunciaturus ex eo impetrare vt crucem abiiceret, volens nolens semper eadem ornatum ferre coactus est. Nec suo præfenti caruit præmio tanti animi magnitudo; tempestate correptus in reditu, conclamantibus, & desperantibus omnia cœteris; vnus rosariam coronam parenti Virgini, aded serenus recitabat Ignatius, vt si mari gauderet maximè sereno: quod mentis securæ tranquillum admirans exclamat senex tametsi ethnicus non posse legi subesse falsum, quæ conscientia probitatis, mortis metum auferret, maximè omnium pauendæ, eodem tempore haud procul, comitata legatum nauis, aperto latere depressa est funditus cum lamentabili pereuntium comploratione, post quam velut defunctum iussis mare, Regisque Cambogiaë punita perfidia, recepit sese, saluumque Ignatium in portum Ciampæ detulit, Pulocambi Prouinciæ vicinum.

Anno subsequenti 1621. Cocincinensis vtraque nostrorum mansio fructus suos tulit. Septuaginta duos supra centum in Nuocmanensi Buzomius, ritè Christum edoctos baptismo expiauit; qua in re nec partem nec meritum habuit Christophorus Borrus, eius hætenus socius, tunc Macaum accitus haudquaquam sanando quod prærexit corpori, sed menti; quam cœli mutatio aded non mutauit, vt remittendus fuerit in Europam, vbi Romæ in cassum tentatis omnibus, cum à remediis, nedum à salute abhorreret, abscissus est à societate, pauloque post subita obrutus apoplexi. Formidabili profectò Apostolicis operariis documento, si à tanti officij virtute non modo deficiant, veram etiam à religiosa.

Buzomium iuuit magnoperè ad proferendum Christi regnum in Prouincia Pulocambis, eorum accessus ad Christianismum quorum auctoritas exceptione omni maior, annis, magisterio diuinorum, sanctitatis opinione ac schemate, & sacerdotij nixa dignitate, multos de se habebat suspensos. Horum vnus Saihienus hoc est bonus Sacerdos, castimonie viginti iam annos, cultor eximius; paupertatis extremæ, tolerantia in æramnis, fame, siti, frigore & contumeliis patientissima; multumque alacris; adumbratæ non nego, sed in Bonzio & idololatra, non fuit exilis tantarum virtutum ipsa umbra. Quanquam eius ad primam veritatis vocem docilitas, argumento fuit, hoc solum idola coluisse quoddam verum ignoraret Deum. Audito enim Buzomio obstupescere vnâ, & gestire ad magnitudinem, nouitatèque diuinorum, quæ postquam diu, & integrè hausit, regeneratus est ex vitali fonte in nouam Christi infantiam; quanta id omnium admiratione, qua discrepantia sermonum, & iudiciorum facile dictu est; exempli vim à se non valens defendere plebs praua & stolidi garricbat rem esse capitis imminuti; sapientes contra interpretabantur boni tantum inesse ac solidi in lege Christiana, vt eius vir tantus exploratissimæ penitètiæque

perspecta, non potuisset imperium fugere, sed eam magna, fidaque voluntate, suaquam prius deperibat abiecta, in perpetuum adamasset. Eam ob rem illos nequaquam pigebat tam perito duci se comites addere: alium Christo lucrata est Magistri pertinax, & inops superbia. Ingenio erat incomparabili iuuenis, magistri assectator quem Tubin nominabant, suspiciebatque Provincia Pulocambis tanquam oraculum omnium doctrinarum quas acutissima rationum, & lectissima verborum copia suis auditoribus dispensabat incredibili eorum voluntate. Tantus ergo Tubin apud eos cum esset, nihil existimauit ad suas glorias addi posse nisi ut facto constaret omnibus quot supra Buzomium parafangis, omnesque Europae literatissimos eminceret, dedignatus quidem principio committere se externo cum homulo, & obscuro; cui foret gloriose se vinci quam sibi vincere. At crescente in dies Buzomij nomine & religionis quam docebat; vanitatis moras, vanitatis ambitu omnes contempit; Buzomium prouocat; diem pugnae dicit; designat campum; ponit victoriae praemium; ingenij & religionis quam quisque coleret praerogatiuam laudem. Prouocationem cupide admittit Buzomius, eodictio adest sua cum schola magister Tubinus fastu magis tumido quam graui, ducentos secum trahens discipulos; praesto quoque se campo sistit Buzomius sed solus; aderat omnis Literatorum flos & circum populus innumerabilis, inter quos extabat matrona nobilis, soror Gubernatoris demortui, quam eo pellexerat superstitio vana, simulachrorum incocta cultui; & praecoci animo praeccepta Tubini gloria quem magnoperè obseruabat. Prodit confidenter ad manus Tubinus, ignarus quem peteret, quantusque in hostem assurgeret, ut quem ex Theologiae disputatoriae pulpito calentem Deus Cocincinam misisset. Pugnae initium, de Deo, nescio quid posuit Tubinus, vnus assuetus Deorum Chimeris, & Theologiae idolorum; dialecticae prorsus expertus, cuius & nomen Sinae ignorant penitus & Cocincinenses multo magis. Compulsus itaque directò, admissim, argumentis obiectis insistere, neque vim illorum garrulitate deuia ludere, crebro adigebatur loqui pugnantia, utroque versum aiens negans, à Buzomio iactatus, vtriusque iugulo imminentem cernebat, haerensque in medio lethalem idcirco probroso silentio exibat. Commurmurare hic primum eius discipulorum clara voce responsum flagitare; ipse conturbatus, & ignominia pudore perditus optare ut sibi terra dehisceret, nec posse verbum aut vocem mittere; sed finem fecere disputationi, auditorum clamorosa in Tubinum sanxa, qui arenam ingressus cum ducentis, domum solus, & cernuus rediit. Buzomius vero numeroso stipatus comitatu graulantium illi victoriae decus, & ambientium magisterio ipsius, legesque se subdere quam profitebatur. Hos inter fuit Tubini discipulus, cuius laus nulla par inueniebatur nisi ut par magistro diceretur.

Tubini similiter è schola videtur prodiiisse qui ex Pulocambi, secta illius dogma in Cacionam tulit Provinciam vbi Franciscus Pinna Faifi,

Turoni

Turoni, locisque aliis Apostolicam operam secundis euentibus ponebat, qui de nouo monitus, noui dogmatis præcone, quem sui octodecim stipatores, deprædicabant tantum non Deo parem; præuertere hominem decreuit, seu futurus esset ad prouocandum audacior seu timidior. Perit ab eo nihil minùs cogitante ne grauaretur doctrinæ particulam sibi impertiri, quàm laborioso itinere ad illos populos detulisset. Non potuit Bonzius tantæ comitati fama integra negare quod petebat, & quam satis animaduerteret nec proficiendi, nec audiendi studio id peti, nihilo iam commotior quàm præuisa & expectata re, absurdum quid promere de idolis cœpit & religione; cui statim Pinna rationem contexens, quæ strangulari se sentiebat, præoccupatus ab illo est priuifquam nodo illam adstringeret. Ac magna voce, mittamus, inquit, verba, de Deo cum agitur, ignatis plarumque vberius affluunt quàm doctis. Rebus ipsis & factis agamus, factis committamus causæ propositæ supremum arbitrium ad facta prouoco. Arrectusque in pedes, & Pinna celsior, Ego, inquit, patro miracula, si tantum te posse dissidis, victus es. Hoc idem tibi si arrogas, experiamur vter edat maiora. Ego, inquit subridens Pinna, mihi non arrogo, quæ naturæ transcendunt limites, horum potestatem cui libuerit, naturæ conditor, & Dominus tribuit. Ergo infert Bonzius causam vici, ratusque plus satis eam profugasse, repente se proripit, quem tantisper moratus Christianus, lalse at verè hominem compellans; si edis ait miracula, Patri saltem responde, nam ignarus cum sis, hoc ipso grande miraculum feceris. Vulgata deinceps huius Sycophantæ non modo scientia, & sanctimonia sed prodigiorum facultate, vocatur ad sanandam lethali ex morbo Mandarinum, occasionem amplectitur auidè cupiram, vt lautè cum suis octodecim helluaretur illic aliquamdiu, tantòque in longum per fectas remoras curationem illam differt quanto splendidiùs habebatur. Vbi vero tandem coactus est manum operi admouere, Mandarino se silitens propius, tam tumultuosa malorum dæmonum inuocatione, tot suis & suorum intolerandis clamoribus ægrotum, mense integro vexauit, vt malo peius remedium non ferens, & credulitatem propinquo- rum, eiectione Bonziji traducere veritus, in vltimam rabiem ageretur, cultrumque posceret quo se vna tot malis, vitæque absolveret. Hinc demum experti cuiusmodi animal esset is Bonzius, familiares omnes in eum irruere, aggerare conuitia, & diras; domoque exturbatum; vrbis totius opprobriis & indignationi obicere, quam falsa tamdiu miraculi expectatione suspensam irriserat. Repetituro Pulocambim, cum forte Pinna occurrisset, quæsiuit eequid valeret Mandarinus? satim illi ex vero cessisset miraculum? ad hæc salubri admonitione cur se nefaria dæmonum adoratione, cur alios æternum perdere laboraret? quem homo proiectè impius, interpellans, per me inquit, non stetit quin miraculum exiret, erat hoc in mea potestate, sua obfuit iacenti culpa; indignus erat qui miraculo sanaretur, quibus dictis abcessit, nec vnquam

postea in Prouincia illa conspectus est. Hoc Deorum suorum & Bonziorum dedecore attritos ethnicos, utcumque refecit calas quidam Christianis & Patribus infelix. Faisi partem non minimam consumpsit incendium, in qua aedes sacra, & nostrorum domos seu magis tuguria, ex ligneis conferta tabulis, & regulacibus operata paleis: domum interea Patribus, & templum praeuere tugurioli solari reliquia, quoad anno sequenti Macao aduectus P. Manuel Fernandez, de attulit restituendo templo sumptus, quod flammis delicto Faisiensi, aedificauit Turoni augustius, quantum quidem ferebat lignea materiari. Nuocmani aliud haud paulo praestantius construxit Buzonius, hortatore operum, & Praefecto, Gubernatoris defuncti filio tametsi ethnico; cui accessit Mandarinus vicini oppidi Dominus in quo ethnicos Pater supra quinquaginta Christiano balneo lauerat. Voluit in partem laboris per se ipse suisque manibus venire, quod pro ea qua tament Mandarinus, honoris maiestate, modestiae humilis prodigium visum est. Sed Patrum moerorem, summa laetitia mutauit, prospera illorum ad Cocincinae Regem legatio. Fidem Rex Batavis superiore anno prope obtrinxerat, solum arci ponenda se illis daturum in portus faucibus, in quem onerariae omnes confluabant quae usque Malaca mercaturae causa in Iaponiam nauigabant: ea res Batavis si ex sententia processisset, actum erat de sacra nostrorum in id Regnum expeditione; de religionis aditu in Tunchinum, & de Lusitanicis in Cocincina commerciis. Subodoratus discrimen Buzonius, Macaenses monet quo loco res summa sit, Turonem aduolant ad primos Etesiarum flatus Lusitanorum lectissimi cum Manuele Fernandez, & donis, quae tanti esse oportuit ut Regis animum a Batavorum amicitia distractum, Lusitanis adiungerent; & verò Sinoum appulso ea dignatus est obseruantia & amore quibus addi nihil posse videbatur: agebat Pinna interpretem, quem cum P. Fernandez, confidete secum in elegantibus storeis voluit (quas illic usus pro stromatis adhibet) vno tantum depresso gradu, & seu donorum, aut decentis subactus efficacitate, seu diuino, quod credi est aequius inditactu, liberalior fuit concedendo quam Fernandez petendo. Renunciavit amicitiam Batavis, & commercij facultatem, dato ad hoc solenni ad Praefectos portuum rescripto. Habitationem Patribus liberam, ubicumque optarent confirmavit; quin & si cupiunt Lusitani, aedificandae urbi locum, & suis hominibus frequentandae; assignabo, ait, & quidem libenter, penesque me fuerit, construere in ea templum quod ipsi conueniant Deo suo sacrificaturi. Patres demum a se comitate praeter morem omnem ciuili dimissos sericis aliquot donauit pannis, qui vestiendo altari commodè cessere; Fuitque hic rerum annus huius finis. Sequenti verò 1622. nullus retrò felicior exitit, tum Neophytorum copiosa messe, tum opimis spebus, eius in posterum quotannis duplicandae. Octo habebat ex nostris Cocincina. Sacerdotes quatuor,

quatuor, alios totidem ministeriis diu piis tritos quæ fas erat illis com-  
 mittere. P. Andrea Fernandez pensum Iapones Faifi incolas restitue-  
 re pristinae pietati, seu veriùs dixerim Christianismo in ipsis propo-  
 sitionum extincto. Erat Fernandez vir indomiti laboris, & Apostolici  
 spiritus; magno diu animorum fructu in Iaponia versatus, & gentis  
 ingenium ac linguam probè callens: huic erat Socius F. Niscius Ro-  
 manus, natione Iapo, difficillimarum missionum, & ipse sudoribus  
 decorus. Ab his denique compertum Eaisenses Iaponios etsi pro in-  
 nata vafricitate intra se miseri sese inuoluerent, reipla tamen, Sacerdo-  
 tum, & Christianæ culturæ penuria, degenerasse prope in ethnicos;  
 in tanta illorum frequentia, qui vna essent vxore contenti duos solùm  
 inuentos; damnato fœnore passim quæstum facere solitos, quodque  
 præ omnibus occultabant, tormentorum metu, & lentis viuicomburij  
 mortibus territos nõ paucos à Christo desciuisse. His ad Christianismum  
 reformandis, & mores Christo non indignos, haud paulò plus operæ  
 ac laborum Fernando fuit, quàm adducendis ad Christum ethnicis, sed  
 immensa quadam operariorum voluptate, hi labores in Christianita-  
 tem breui exiere feruentem, castam, misericordem, humilem, Deo  
 plenam, totam ab ea quæ fuerat aliam, nec minus factò ad persuaden-  
 dum, quam Fernandez verbis eloquentem. Annus abibat nullus,  
 quo ex Iaponibus ethnicis qui ad negotia Faifum ventitabant nunc  
 viginti quinque modo triginta Christiani in Iaponiam non redirent de-  
 liberato quod valdè illic pronum erat ad martyrium animo. Cocinci-  
 nensium adulta ætate Iustravit Pinna ducentos septuaginta quinque,  
 Palocambi Bazomius Ecclesiam illam quingentis auxit Christianis: ego  
 pauca de multis non possum omittere quæ in his conuersionibus singu-  
 lare aliquid habuere. Viget eo in regno religiosum pietatis erga fato  
 functos delirium, Bonziorum inuento consecratum. Vulgus exiltimat;  
 putare docti se simulant, si non putant, ne videantur minus pij; sub-  
 terraneis fessas cæcorum itinerum & longis ambagibus functorum  
 animas, refouendas esse ad reliquum iter, dum opratam quietem at-  
 tigerint, quæ illis è corpore profectis assignatur, egere porro succu-  
 lentis cibis, & solidis, eorum odore refici, & apponentium pietate;  
 ac ciborum quidem purissimam, & quæ sub sensum non cadit sub-  
 stantiam ducere, quod verò intactum omittebant, exsueca potius ci-  
 borum esse cadauera quàm cibos, eaque Bonziis ad vescendum permit-  
 ti. Huius erga defunctos tam religiosi in Cocincina moris abrogatio  
 seuera, cum apud populum magnam videretur offensiosem paritura, ea  
 lege Patres cum Christianis integrum reliquerunt, vt ciborum in-  
 structus pauperibus publicè distribueretur in piaculum tribuentis, vel  
 mortui si foret Christianus. Mortua igitur Christiani socru haud  
 procul Caciono, iuuandæ illius animæ quem dixi modus adedò  
 affectit oppidanos, vt eos ingens desiderium ceperit sciendi, qualis esset  
 lex Christianorum, ac iam inde ex eo coniecerint oportere omninò ve-  
 racem

77.  
 Cocincina  
 Reg. à Bata-  
 uis ad se re-  
 ducunt Lusi-  
 tani.

78.  
 Superstitio  
 erga defun-  
 ctos, in opus  
 miseric. mu-  
 tat. r.

racem esse, cum Patres illius magistros lucri nullius utilitas, suspectis mendacij faceret, è contrariò Bonzj doctrinam viuis, suffragia mortuis venderent; at forte plura ex Christiano percontati quàm pollent ab eo explicari, Patrem iis acciuit, qui ducto primarum ad eos concionum plausibili argumento à largitate Christiani egenis potius quam sepulchro cadaveris impenfa, transiuit ad animæ immortalitatem, statimque illius post vitam æternam beatæ, aut miseræ, ubi confutata quæ vulgo insaniant transmiratione illius in varia corpora, illique adiunctis de Bonziorum penæ delirijs, viginti tres statim discipulos nactus est, quos rite institutos, nouæ primitias Christianitatis per baptismum Deo consecrauit. Verum Caciæ Prouinciæ aula diu sterili, iteratæque sæpius, diu sementi ingrata, inuenit tandem verbum ubi radicem in fruges vberimas mitteret, insignem doctrinam idolorum cultu, acuta ingenij perspicacitate, magisterio erroris publico Literatum. Hunc anni vnius patientia inuicta, denique subegit, Pinna constanter durante ad omnia quæ illi suggereret lynceus, & ardens animus aduersus effata legis Christianæ, quæ non altercandi, vel impugnandi studio agitabat, sed reperiendi solum immobile ubi certis deinceps consistens vestigijs, nunquam in veri notitia vacillaret. Fuit denique non modo vincendus, sed articulatim de singulis ita conuincendus, vt nulla in iis ambiguitate morderetur; cumque vnum adhuc hæretet animo in quo nutabant quæcumque didicerat, illud quoque ab se solerti prudentia excussit. Succurrebat menti, Bonziorum doctrinam, non potuisse à Deo proficisci, quod esset inter se in ea fingenda tam diuersi, quàm in tenenda liberi; à Deo autem qui summa est veritas non posset nisi verum prodire quod ita vnum est vt esse nequeat sibi contrarium aut ab se diuersum. Hæsitans itaque, Pinnæ essent inuenta, vel Dei oracula quæ sibi Pinna tradiderat, calato consilio se confert Pulocambim octo dierum itinere, Buzomium conuenit, interrogat, agit, versatque in omnia quæ disputauerat cum Pinna, de quibus sibi audire visus est Pinnam in Buzomio loquentem, aded vterque non modo gemina, sed prorsus eadem loquebatur. Hinc ille certò conficiens diuina esse quæ acceperat dogmata, non hinc partus ingenij, Caciæ redit, Pinnæque se pedibus aduolens incredibili vtriusque animi voluptate sacro fonte lustratur, & Ioseph appellacione ac tutela. Secuta est vxor prælucentem & paulò post citatèter quinquaginta, certò persuasum non potuisse vitum tantum, à verò & salutari aberrare.

Eiusdem exemplo debentur, & alij, quorum vnus vulgo inter Patres cognomento Philolophus ob valdè compositam argumentandi rationem. Huic annis confecto, & laboriosis muneribus priuatum rex indulserat otium quod in diuinorum contemplatione, quantum ethico factum est, consumebat in iis vt animo defœccatori, acutius cerneret, alia oriza, eaque insulsa, semel in die parè vescebatur; interdum quod triduum: qua tenuitate inediæ sic ad purum purgauit extenuauitque coram

mente cerebrum, vt in deliria euanesceret de excellentiæ suæ maiestare, quæ nisi ab stulto & amente fingi non poterant. Primus eorum gradus credulitas arrogans propriæ sanctitatis, & mirabilium parrandorum; missitandis ad ægros singraphis quæ de contactu morbis omnibus remedium ferrent. Secundus opinio partæ iam sibi immortalitatis, quod seueritate illius inediæ purgasset penitus quicquid in suo corpore fuerat, corruptioni obnoxium. Tertius quo non plus ultra se, vt nec amentius extra se, viuens idolum se credidit. Misertus infelicem Deus, morbos eius omnes morbo vno sanauit; reddidit sibi hominem vicina mors compulsiue in primis nihil supra hominem sapere; inter hæc de Iosepho cum fortè audisset, sic Deo mouente apud se staturabat non potuisse virum doctissimum, & sectæ suæ propagatorem tantum ac vindicem, nisi planè perspectis, certoque probatis argumentis Christiana lege auitam mutare, quæ cum ex ipsomet percipisset Iosepho, rogauit ageret apud Patrem vt Christianus moreretur; at enim Deus ad multorum salutem & Christianum voluit, & viuum seruauit. Sanus itaque corpore ac mente, Petri nomen à Pinnam cum baptismo accepit sibiue impressam à Iosepho fidei sacrosanctæ velut gemmæ potentis virtutem, transmisit in multos, quorum olim dux in præceptis doctissimus Bonzius. Hic templum elegans diis suis cum poneret, mirari Iosephum, contraxisse pridem ab opere manuum cui erat solitus de suo conferre; adire illum, & monere non posse absolui quod pulchrè cœptum erat nisi subsidio aliquo iuuaretur. At is Christianum se clarè professus, ingenti dolore Bonzium confixit, publica Magistri communis, priuata benefici hominis iactura vehementer afflictum, qui rationibus aggressus reuoluere illum in idola, & sordes ex quibus emerferat; vbi futuram intellexit, vt ipse ab eo facilius in Christianismum, quam ille ab se induceretur in idola; cogitauit apud se Philosophum (Petrum videlicet) plus ad eum mouendum scientiæ, plus efficaciam habiturum. Quem vbi cognouit pariter Christianum, conclaui mcerens se abdidit, diemque cum nocte ieiunus, & desperabundus in lectu egit; multa & tristitia secum versans, ex quibus Deus aliquid selegit, à quo aptam videbat felicitatem miseri hominis. Incidit enim, sese in varia inquietè torquenti consilium, de conueniendo summo mane Petro; rogando etiam atque etiam & interrogando quis Deus? quæ lex? quo rationum fundata pondere niteretur peregrina illa Christianorum religio, vt hominem sibi vindicaret eius sanctimoniam, & doctrinam, faceretque rituum patriorum, & idolorum desertorem? Cui Petrus aded satisfecit, vt ad eximendos Bonzio errores, eumque penitus expugnandum, sat vna fuerit conuersi Petri de se narratio, & modus, & quæ illum causa præcipue mouisset. Ergo ad Pinnam supplex reuertitur eique se integrè permittit sacro initiandum baptisate, quod ædificabat templum si videretur diruendum, aut si magis placeret vero Deo dicandum; suos demum sequa-

ces, ut Christianos ex iis tam multos faceret, quam multos sperabat se in eius daturum disciplinam: quod certè nihilo parcius quam sperauerat est adeptus: sacro enim locus Christianismi fonte, denuntians publicè viam certæ salutis in religione Christiana ab se inuentam, & initam, quam malè crediderat, & peius docuerat, in cultu idolorum quaerendam. Proin omnes hortari, discipulos maximè, ut qui præcipitem in ruinam tanta essent perseverantia sectati; præcipientem ad celum, & felicitatem sequerentur multò alacrius: nemo omnium fuit qui nollet magistro comes esse. Diuinis ritè imbuti mysteriis, solenni apparatu baptismo tincti sunt. Hinc visu iucundum, & auditu præclarum cum idem Manuel (erat hoc eius à baptismo nomen) domesticatim priuatos; in angulis, in cœtibus alios doceret, quanta iniuræ rationis & diuinitatis iniuria, debitus Deo honos tribueretur lapidibus, & metallis: quod eo ardore consueuerat præstare, ut semel dicentem audiens puella, matri se repente in partem domus protiperet, simulachris refertam vbi deturbatis quotquot pertingere poterat frangendo, calcando, execrando, omnem contumeliam intulit; quod in illam dæmon illicè vltus est tam graui sensuum & vitæ deliquio, ut pro mortua iaceret; sed cum multis in cassum remediis, reuocare illam saragerent, Manuelli succurrit detractam sibi quam gestabat crucem eius pectori admouens; ad eius attactum apertis oculis læta, & vegeta in vires pristinas consurgit; inde copiosior Manuelli seges de crucis excellentia tractandi, & de meritis Redemptoris. Sed huius sui iacturam Magistri, quasi dedecus sectæ, dum abstergere Bonzj moliantur solenni disputatione, confidenter magis quàm consultè Pinnam prouocant ad certamen de religione: procedunt in arenam duo. Præsidebat alter scholastico; mystico alter de idolis Theologiæ pulpito annosus senex, & ministerio venerandus, quod mater Principis Regina qui Caciono imperabat, eo in diuinis vteretur ductore. Sed hic magis assuetus otiosè cum mulieribus fabulari, quàm conserere cum aduersario manus, breui arma proiecit, fastus sibi os & linguam deesse quæ rationibus Patris opponeret; negans tamen ex eo deteriore causam suam quod esset in ea propugnanda rudis, inferensque quod nuper ille nescio quid probandam esse prodigijs veritatem. Accenderetur ignis luculentus, conicerentur in illum sectæ vtriusque sacrati codices, quibus flamma tactis parceret, iis vera, & recta contineri, nec enim ignibus absumi posse veritatem, & ignis iudicio pronuntiatum iri de victo & victore. Risum ad hæc non tenuit Iosephus insignis ille inter Literatos indignitatisque ac toruum intuens, nec verum inquit, neque falsum, ignis probula sunt, qui corpus est, illa concretionis expertia, ibunt cartæ incinerem, non minùs si sacrum & verum, quàm si exsecrandum mendacique contineant. Te vero qui sapiens & audis & credi vis, certa conuictam ratione quæ sola verum à falso discernit, ad ignem prouocare rationis expertem, & sensu carentem discernendi veri: et si autem non emendauerit

79.  
Bonzij fraudul. ad miracula prouocant.

emendauerit inueteratos malis senes tam aperti pudor dedecoris, sed profuit aliis non parum, qui sectæ suæ geminum columnen collapsum videntes, prudenter aduerterunt cum rationibus ageretur, Bonzios Patribus esse nimium impares, & Regina ipsa delirantis discipula magistram audiens miracula poscere hoc ipsum ait expectabam, est enim Bonziis solenne, cum tueri se rationibus non valent, & pertinaciter contra illas animum obstinant. Neque propterea illos aula exegit imprudens femina, vt erudiendam se traderet magistro meliori; quod fecit matrona nobilis, & diues, oppidi vicini primatia quam ardens salutis studium agebat in omnia quæcumque suggererent Bonziji quantumuis molesta & ardua. Edificarat iis templum sumptu magnifico; viduaque & sui arbitra integro suo censu, illorum ingluuiem, saginabat petentibus omnia nihil negans: his deditam studiis turbauit vehementer cum auditu accepit, sapientissimos Literatos quæ laicos, quæ etiam Bonzios Christi legem certatim amplecti, cepitque iure ambigere ne cultus idolorum præter mendacia, & fraudes, & sacrilegia nihil haberet, desineretque in vltimum sempiternumque exitium, quod viri doctrinis omnibus exculsi non temerario ad Christum transitu deuitarent. Necessitate igitur inquieta eximendi sibi hos mentis aculeos, Petrum & Iosephum egregios illos accersit Literatos, à quibus didicit de Christos & idolis quid esset ex vero sentiendum, exinde fusus ab vno ex Patribus plenam adeptam Catechesim, caput sacro subiecit baptismati; templum quod simulachris posuerat, Bonziis abstulit, expiatumque ab omni Deorum spurcicia, Patris arbitrio integrè permisit. Quantis vero triumpharet gaudiis Christianismi thesauro potita non facile dictum est, certè illam propinquis nobilibus & illustribus Literatis assidue prædicans, oppidanis suis magnum ad fidem aditum patefecit.

Postremus ex paucis quos legeram scitu dignior ad Christum accessus in Prouincia Caciãna, Mandarinus fuit, quem habebat Princeps, in capitalibus Consiliarium, viri mentis excelsæ, & solidæ, qui lectione infinita religiones omnes conatu irritò perscrutatus, quam deperibat animi quietem, in vno repererat Matthæi Ricci Catechismo: ex eo iterum, ac sapius relecto eam hausit ingenij lucem, & recti ardorem, vt abudè iam per se conuictus, nec Magistro egeret, neque hortatore, quare ad Patres cum venisset, breui ab iis eruditione ad sacrum fontem paratus est Pauli donatus appellatione; narrabat autem iis, ethnicorum damnans chimeras obscenas, & propudiosam philosophiam, quid sibi anxio, & futura post mortem, inquirerè volenti corrigisset. Domi sibi hominem adstrisè penes quem esse ferebatur vt quos vellet beatos faceret, & parum illud tranquilli animi serenum, quod tam pridem quærebat iis tribueret. Exceptum à se de more splendide; rogatum vt sibi aliquid de sectæ suæ effatis impertiret; quod si vti sperabat, satis suo ingenio fecisset, haberet se quoque discipulum. Illum autem nihil ad rogata cunctatum, dumtaxat petiisse, vt initium docendi, quod erat de ortu hu-

ius vniuersi, secluso domus in angulo fieret, obstruētis etiam fenestris, & omni spiraculo; illic è Sinu idolum protulisse, iussisse coram proceideret, iuraretque magnum eius Dei nomine iururandum, quod erat ipsi arcanum proditurus, proditurum se mortalium nemini. Postquam formato ex tribus festucis triangulo hinc ait, veri omnis principium & finis, ex quo religionem omnem hausi, quæ sola te potest beatum facere; pergensque homo porcus cælum inquit, terræ, ac maris, & quicquid in mundo est, haudquaquam ortu æterno nata sunt. Genuit illa Telo (idoli hoc nomen est) eo prorsus modo quo soleat homines, filios procreare; quod præstare omnino prius non potuit, quam transfiguratus in eam rem cuius illum nomen non puduit edere; sequebaturque spurcissimus bipedum, tam fœdis Mandarinis aures, & modestiam vexare, vt rubore confusus non sustinuerit primæ illi scholæ finem ab eo imponi, sed tantum non sustibus, certè conuictis oratorum, domo exturbabit. Hæc simulachrorum nequissima, & impurissima arcana, tam esse aiebat inter se gemina, parisque omnia fœditatis, cum Christianis mysteriis conferens Mandarinus, & cum sublimitate diuinæ legis, exibat præ gaudio extra se, vitamque omnem ad normam exigens veræ Christianæque rationis, qualis olim fuisset meminisse absque sui horrore non poterat. Pertæsus hilaris quæ ad anni vertentis plenilunium celebrantur quorum etiam in partem functorum animæ inuitantur, ieiunans, & orans quindecim illos transigebat dies; sed crebris tum maximè interpellatus officiis inuisentium amicorum, illic sibi secessum quæsiuit, vade conditio temporis facile tunc omnes excludebat, in sepulchreto videlicet, tumulis, denso & cadaueribus, vbi sepulchrorum æstimans numerum, & præstantes tot viros animo repetens quorum illic corpora clauderentur, quærebat ex se ipse, illorum animæ vbi tunc agerent? ac velut audiret earum ex inferis responsum, æternis teneri, vrique ignibus, & status mitioris sempiterna desperatione, inhorrescebat totus, vberimque flens, & potest inquebat, hæc certò persuasus, dare conuictis, musicis comædis ceterisque hilaritatibus operam? misertusque maiorum, conficiebat se lacrimis ex eorum infelicitate, sibi verò beatam diuinæ gratiæ gratulabatur sortem, quod esset tanto ex numero in Dei notitiam, & obsequium adscitus; proiectusque humi, expansis brachiis infinitas dicebat eius misericordiæ gratias, & illo æstuans igne factus in urbem redibat, implacabili detestatione templis, Diis, Deorum libris & Bonziis iratus quos relegari optasset in montes tam asperos vt ad euertendum populum non possent nisi præcipitio descendere. Postremò peractis bacchanalium illorum duabus hebdomadis, splendidum prandium Literatis dedit, tacitæ illorum offensionculæ responsum de ommissis anni redeuntis hilaritatibus virorum etiam gratiarum consuetudine sancitis, aiens idem secum fuisse facturos si obligasset iis, eadem liquidò quæ ipse cognouerat audire, vbi de Deo, de æter-

80.  
Idolorum  
sectæ omnes  
turpissimæ.

81.  
Mira magni  
Neophyti  
pietas.

na post breuem hanc vita, de Christianismi sanctitate ita differuit vt dicentem omnes suspicerent, sed optarent Pinnam, de iisdem enucleatius audire; & pari studio tam multos accenderent, vt conuenerint ad tria millia, non ægrè ab idolis ad Christum vertendi, nisi dæmone instinctus, sceleratissimus nebulo, attentissimam concionem auertisset, monuissetque magna voce, cautè sibi cauere, ab illo venefico, qui suos auditores, solo halitu fascinaret, dementaretque ad omnia tum credenda tum perficienda, quo mendacissimo monito ne fraudulenter videretur aliis cauere sibi ipse os primus ambabus manibus obstruit; proripit sese ex auditorio, abeuntem pars eius maxima sequitur, quod & prona sit incantamenti fides vbi plena sunt incantatoribus omnia; & Pauli mutatio erat eiusmodi, vt à P. Pinna fascinatam potius permulti crederent quam Christianismi virtute reformatam. Triginta solos tanto ex numero elegit Deus qui Christo nomen darent; profitentibus cæteris se Paulum secuturos nisi ante annum manifesta vindicta desertionem eius vleiscerentur dij; quam sanè vindictam sibi non semel à dæmone intentam suis ad Deum precibus sic elafit, vt factum diuinitus credi posset. Hæc de Caciaua Prouincia hoc anno. Pulocambi gesta fuere magis ambigua, sed abierat vix annus cum restituta sunt in statum meliorem à Buzomio qui magnitudine animi sapientis, Bonziorum conatus inimicos in compendium fidei conuertit. Deserebantur sensim eorum templa, idola, sacra, largitiones, auctoritas, nec mirum illos iurato furore contendisse ad extirpandam Christi fidem, nihil tamen eos vrebat crudelius, sociorum ad Christum defectionibus quorum prærogatiua sanctitatis, & scientiarum magnum erat pondus ad faciendam legi nouæ quam mox prædicabant fidem, & obstruendum os Bonziis, quorum arguebant palam flagitia, & deliria confutabant, ex quo fiebat vt turmatim ad Christum, Deorum cultores traherent. Vnus maius quiddam homine sapiens, & pro sancto coli, pro oraculo audiri solitus quod in Prouincia Pulocambis templum diis fundasset, milliatibus aliquot Noemano degebat; inde fama exitus novi Dei, religionis nouæ, noui ab occasu sapientiæ Doctores, quem contra Bonziorum, nemo consisteret, sui esse muneris ratus est, Cocincinæ diis venire supplicias, futurumque vt paucis pudore suffusum, & dedecoratum Buzomium cogeret ad renouandum in suum Occidentem, quem illi magnificum de seipso sensum, non superbus de supercilio Bonziorum factus, sed mera veritatis ignoratio afflabat: quamobrem fuit Buzomio facile, cognitis placidè illius somniis de religione, sigillatim ea retexere; singula confutare, confessionem falsi per singula ex eo impetrare, tam clara docentis perspicuitate, & intelligentia discentis, vt non posset satis sibi ipse irasci, suamque indignam cæcitatem, ad rationis insitæ manifestissima placita errore inexcusabili tam diu stolidam.

82.  
Magiæ PP.  
suspectis à  
Christo plu-  
rimi auct-  
tuntur.

Inde igitur Buzomij nutibus integrè mancipatus, eruditus est ad Magisterium plurimorum peculiari cura, Damiani nomen cum baptismo accepit, remissusque in suum oppidum ea statim suis susceptæ fidei edidit documenta ut de illa iam ambigeret nemo; templum enim moer iratus subire, quod ipse fundarat, ornatat idolis, & suo sacrificii ministerio; idolorum stragem contumeliosam in eo facere, nullo eorum vestigio nisi ad ludibrium relicto; templi vice haud procul sacram ædiculam condere, ad quam attonitis populis, dum mutationis tam subitæ causam rogitantibus exponit, eadem opera Deum unum, immortalitatem, felicitatem, ignes sempiternos, ad multorum ultores criminum insinuat, & semi iam doctos, Nuocinanum designat perficiendos à Buzomio & beati fontis ablutione expiandos. Alium paulo post idem Buzomius haud minoris notæ ac ponderis, Literatum Bonzium ex vaferrimo fraudum artifice Christi præconem fecit criminum; nam vitali ex aqua Iosephi nomine renatus, sexaginta mox parens euasit animarum, quæ primigenia fuere nascentis illic Ecclesiæ liba, vbi suo cuiusdam idolo positum olim ære suo templum, vero Deo addixit Saluatori, statuta in altari eius effigie. Post cœnobium Bonziorum, aditum quoque ad viros Principes inuenit Christus. Huic verbis Præfectus, natorum maximam non inuitus dedit, maturi puerum supra ætatem iudicij; indole atque ingenio, ad virtutem & literas mirè idoneum, summæque amabilitatis. Eum Buzomio domi educandum parens crediderat, vbi per se puer obseruata nostrorum omni ratione argumentatus est, veram esse omnino, & sanctam legem quæ Magistrorum expressa moribus, omnem transcenderet Bonzij cuiusvis excellentiam, & virtutem. Quo puer annorum haud plus quatuordecim, argumenta teneritatem vicit paterni amoris, impetrauitque ex eo ut sibi liceret fieri Christiano; quod per baptismum assecutus, incredibile sit quot & quam insignibus fidelitatis minimè puerilis, & pietatis intimæ exemplis, quanta sponderet in posterum.

Sed Pulocambi secundis flatibus diuini spiritus elidendis obicit demon artes consuetas. Famosus Necromantes fabulatus est contemplatum se animum ex magico speculo, haud pridem sacro sanctam baptismate, paulo post mortuam, dira extremis in inferis luentem supplicia. Squalore, macie, lachrymis, desperatione perditam, & horribili oculorum orisque totius specie, quæ inter medios quibus deuorabantur ignes sero lamentaretur simplicitatem suam, quæ se cultu abiectio Circincinensium Deorum, veteratibus ab Occidente circumforantibus aqua præbuisse execrabili tingendam quæ facit Christianos. Se nunc id facinus cruciatu inexplicabili pendere; proin si qua illum suorum, & patriæ moueret cura, denuntiaret iis suo nomine, à fallacibus illis occidentalibus barbaris quàm longissimè cauerent, nisi vellent id crimen iisdem secum poenis rogorum atrocium emere. Hæc dum passim cantaret homo scelerosus, velut ictus suorum charitate, & verba de-

81.  
Necromantes fidem impugnat. Christ.

mortuæ concepta iteraret, dici vix potest quantum iis terrorem iniecerit, qui in procinctu ad baptismum stabant. Verum hoc alius multo nocentior etiam aliquos euerit Neophytos, nonnullos, qui magno in numero nunquam defunt, veteranos licet, in frigus lethale fidei induxit. Auctore incerto, sed tanquam è cælo vulgarum est, Patres colla eorum quos tingebant, dum precatoreis coronis redimirent, animas pariter ita illigat, ut transmissæ in alia corpora iisdem vinculis tenerentur. Sic procul patria miseris in Occidente renasci seruos, nulla vnquam spe libertatis, quod essent semel à Patribus illo coronarum occulto vinculo in æternam obstricti seruitutem. Eo consilio in Cocincina Patres à Lusitanæ Rege ali ut iis coloniis regni sui deserta frequentaret; vtereturque velut oneratis iumentis; eodem Patres doctrinam, ministeria, operam, res sacras dare Christianis gratuita: ad hoc porro spectrum tam formidabile à vulgi conspectu amouendum, comprehendi vix possit quantum sudarit Buzomius, quamuis parum apud aliquos ex voto, quibus animo infedisset incantamenti vim fore irritam, si à Christianismo deficerent, qua delusi fraude, ad euitata idola rediere. Sed ab hoc portento, quam immani tam exitiali liberare deliro, satagentem periculum grauius aliò auertit.

Erat nostris vicinum ædibus templum quoddam multitudine statuarum, & concursu populi olim sanctum; nostrorum tunc vicinia infrequens, & propè desertum. Die ergo quodam ex inopinato, en omnium conspici signorum cadauera, diruta, humi strata, trunca, membratim huc illuc dissipata, tam meditato eorum ludibrio, ut ad faciendam Christianis inuidiam & proritandum in eos populum conscitum videretur. Latebat facti auctor, sed communis rumor sacrilegissimo transfugæ adscribebat, qui eiurato baptismati, & Patribus, erat idololatra quouis infensior; causam is nactus qua nulla vberior ad exsaturandam rabiem, & exterminandos saltem Nuocmano Patres, stragem Illorum Deorum is vltro imputat, testem rei se iactat oculatum, hortatur populum strage in Patres consimili, offensos Deos vlciscatur; quo voces improbi & fungi hominis frigide audiente, prodit Bonzius quondam Mandarinus, tunc diis attonsus, & vindex patrati in eos sceleris. Mandarinos appellat minoris subsellij duos qui paucis ab vrbe milliariibus habitabant, causam, suopte ingenio concinnat sed qualem decuit ab eiusmodi Architecto condi; P. Buzomium phalange valida Christianorum trecentorum (quorum tres citabat de nomine) templum maius Nuocmani aggressum, confusis suorum vocibus stragem Deorum Cocincinensium poscentem, deturbasse omnes altaribus, proculcasse, fregisse; ac dispuluerasse; ventum inde ad sacras ædículas antiquis regibus dicatas qui regni tutelares, & Præsides Semideorum titulo colerentur &c. Hæc ut impudentius mentiretur iudicium fecit absentia, & vetus auctoritas actoris. Delatam litem arripiunt auidè, Buzomium quem prorsus non norant, eiusque socios, Bonzio rescribunt se pro sacrilegis damnandos;

81.  
Itemque ex  
Metempsi-  
cosi.

83.  
Idola con-  
fracta falso  
PP imputan-  
tur.

turos; contenditque in cassum Buzomius crimen depellere quod læ quoque veraret Christiana; defensionis eius tabellarium baiulum in carcere retinent, eique adiungunt, virtute insigni feruentem Christianum, alias Bonzium, qui vice illius claudendum carcere se lubens sistebar, longam ad hoc emensus viam vt vel peritiùs quàm tabellarius fidei rationem iudicibus redderet, vel si tantùm hanè ipsi aleam fortunatè Dei benignitas pro ea sanguinem funderet. His insolentiùs clatus, & quasi iam victor Bonzium accusator, violentiùs insanire, circumducere latronum manum ad inuestigandos Christianos, & eorum domos suis expilandas oblicere, nisi redimerentur pecunia, tenuitati miserorum non tolerabili. Ad hæc animaduertens delationem suam foris vifam fuisse probabilem, idem in vrbe expertus est consequi, Mandarini igitur ad primam lunam honores menstruos Confusio suo solentibus, eiulatu, querelis, vociferatione incondita templi fores pulsantur; subit intrò perfidiosus Bonzium, cum turba sodalium; post etiam digna tali marito vxor, & Bonziarum grex, confractorum Deorum analecta rete duplici portantes; huius fabulæ scena suspensos Mandarinos eius artifex Bonzium voce lamentabili affari, videntur etiam atque etiam ora illa, crura & brachia diuina; & sacrilegio quàm atroci Buzomius cum suis Christianis Cocincinæ violasset Deos: ouare illum nihilominus, & qui eius adhuc impietatem vitassent diis reliquis, deteriora comminari; sua hic cælum tenere fulmina, nec terram dehiscere, hæc tantùm ex causa vt sumendi tantorum scelerum condignis supplicij, integram gloriam iis referuaret: quæ veterator nequissimus appositissimè conquestus libellum porrigit Magistratum Principi Mandarino, quo seriem conficti narrabat criminis, & penam in reos postulabat, quæ profectò tam cita expectabatur, & cunctata vt Christianis amici ethnici plurimùm suaderent, detractos collo precatorios globulos occultare; cruces, icones, cæteras Christianismi notas domi recondere, & venerabile Iesu nomen foribus affixum regere, sed eò paucissimos sua timiditas adegit, cuius illos deinde prouidit grauitèr cum viderent animo constantes, ne pili quidem minimi iactura, ingentis meriti præmium assecutos. Lentius enim festinandum putauit Mandarinus non facile mobilis ad causam tam insolentem structam apparatu, & tanti strepitus nouitate Bonzium præsertim actoribus, suspectam calumniæ: quare huius strophæ inventor Bonzium, Mandarini sagacis morosam prudentiam non ferens, tentauit litterem Caccianum ad Tribunal Principis transferre; Mandarinos rogauit Oppidanos, duos illos, quibus eam primum commiserat ne grauarentur illic sibi adesse; quod ij sinistram aliquid ex eo itinere augurati cum dextrè admodum excussissent, & ipse Bonzium ab eo delitè, haudquaquam verò Buzomius, sed defensoris omisso munere accusatorem egit oppressæ per Bonzios Christianitatis, atrocitate falsarum criminum, impetrauitque à Principe, iudicem delegari, qui euocatum

enocaram ad se litem, ritèque perspectam absolueret. Fuit eius sententia summa nec Patrem neque Christianos fuisse villo modo contrafractorem Deorum conscios, nedum socios vel auctores. Commentum id esset Bonziorum vt sacrilegij proprij reos facerent Christianos. Quod Nuocmani publicè cognitum, publicam mouit aduersus Bonzios indignationem; Caciiani autem (quo iudex cum Buzomio reuersus causæ omnis acta iuridica retulerat) toleratæ injuriæ honorificam mercedem, & cauendæ in posterum solenne remedium Buzomio tribuit, diploma Regium cum amplissima nostris facultate, vbiicumque mallent habitandi, & legem Dei cœli palam ac liberè nuntiandi, adiunctis in eos penis grauissimis, quicumque Patribus verbo factõve molestiam facerent. Hoc triumphans Buzomius victricis causæ, & innocentie monumento ad Apostolicas functiones Nuocmanum regreditur, multò etiam quàm ante felicius, quod primi quoque publicorum Præfecti nomen ambirent Christianum. Sed eum mox acerbè pupugit, imperiosius & malè meditatum ab iis qui Macai præerant mandatum, dimittendi à nobis in perpetuum Catechistas, (quibus nihil esse nobis vtilius, nihil æquè necessarium poterat) ablegandi etiam deinceps nomen Tienciu (quod cœli dominum, & Sinis & ipsi Cocincinæ antiquo vsu sonuerat) & vocabulum *Deus* substituendi eius loco, intolerandum illi Prouinciæ ob ea quæ olim attigimus, & erat mandati ea seueritas vt Inspectori ad hoc ferendum, & inducendum missõ, ablata esset penitus potestas quicquam in oppositum audiendi: quod is mandantibus haud paulò consultior vidit suis oculis fieri non posse, nisi cum pernitie illius missionis, & Prouinciali perperam edocto, peiusque cõsenti, censuit haudquaquam venire in mentem potuisse vt iure id veller, clausis potissimum capelli oculis, quod rerum præsentia, à quibus longissimè aberat, pernitiosum fore conuincebat. Lætum Christianis anni huius 1623. exordium fecit nostrorum reditus in aulam Pechinensem, militari consilio poscente, approbante Rege, Leone & Paulo Doctoribus id satagentibus, at nostris contra pugnantibus, quod accerferentur comodaturi aduersus Tartaros suam in bellicis operam, ipsi ab armis, & bello alieni, nec vellent nisi diuina tractare. At Leo aulæ peritior quàm nostri, hac ait, filium acu inducatur, & mihi credite; Pechinum eos recipiet pro fabricatoribus & artificibus machinarum retinebit eosdem Euangelij præcones, quod vt coniecerat euenit. Missi Longobardus, & Castellblancus. Armorum se sistunt Præsidibus, & post singularem, humanitatis, & honoris exhibitionem, rogantur varia de Lusitanorum quæ expectabant auxiliis; nominatim verò de Patribus machinarum peritis quid possent ad bellum aduersus Tartaros sperare. At ij, vtcumque Præsides respõsum essent accepturi planè inquirunt, nihil quod arma & bellum attinet, vnum pensi habere Patres vt salutis iter, & felicitatis monstrarent hominibus, illõsque in eam inducerent; nec fore, tamè præsentis negotio prorsus inutiles; ad futuros assiduè militibus, & machinariis qui erant Macao venturi;

M m m.

84.  
Imprudens  
missum  
Prouinciam  
datum.

suafuros illis in morum probitate cōstanter viuerent, obediēter parere legibus, & Regi fidei inuolabili militarent. Quæ nihilominus inexpectata professio non displicuit Mandarinis, assignatur iis ad habitandum locus, & quod ea in aula solet; equi duo quibus pro arbitrio vtentur. Sed paucis diebus libelli supplices tanta vi tantoque numero apud Regem damnarunt consilium, armatos intra regnum externos in opem euocandi, vt eius magnam partem auctor, & suator Leo, Pechinum propterea Nanchino mutauerit, non sine aliqua gradus amplissimi imminutione; Lusitani omnes remissi sint Macaui præter machinarios libratōres; exclusi Patres duodecim in varias regni Prouincias designati. Accessit malis quod septem libratōres cultu supra quam machinarios decuit superbo Pechinum ingressi, magnam sui mouerunt expectationem quæ sustineri facile poterat inter planè rudes bellici eius instrumenti; verum ad peritiæ specimen quod dare illos oportuit, seu mala fuerit machinæ æneæ materiatio, seu modus ignarij pulueris, plumbivæ inquiror, in frustra dissiluit quibus occisus est libratōr ipsemet Lusitanos, & qui propius spectabant ex ciuibus aliqui. Hoc genti omnium maxime superstitiozæ tam sinistra ominis visum est vt decerneret Rex omnesque Mandarinis, nihil esse boni ab iis expectandum, qui tantum inferrent tunc etiam mali, cum vellent bene amicis facere. Sic illi Macaui remigrarunt; de Longobardo & Castelblanco adiciere aliquid aggressi emissarij Sein, inhibiti sunt aliorum silentio; placidè itaque duo illi retinere in vrbe datam sedem vt sapienter Leo prædixerat, vnus diuini obsequij occupationibus attenti, de quibus anno proximè subsequenti, nunc de congerie reliquorum pauca legam vt minus inter se similia, sic & gratiora plusque vtilitatis allatura.

Vrbs est Nanchinensis Prouinciæ Ciancium, Suceo penè contigua, Chiutaifi Ignarij patria, illius nunquam satis memorandi ob nauatam Matthæo Riccio in re Christiana, constantem, operam? superstitem illic ab annis duodecim reliquerat filium Matthæum Chiu paternæ quidem virtutis æmulum, potissimum tamen Christianismi propagandum. Ad hoc Sciamhaio Patrem obtinuit qui breui quoque licuit (nam de Sciamhaio abesse non sinebant quibus præerat Christiani) paucos inter Christo lucratus est, Matthæo ferè propinquos, aut intimos; at subsidio accurrens Alenius Apostolico vir ardens spiritu, Christianitatem illic instituit virtute, ac multitudine illustrem, & sacris intra vrbes, extraque ædibus ornatam cuius attamen labor censeri potuit abundè pensatus conuersione vnus Literati qui erat Matthæo confobrinus, & magnis deinde officiis demeritus est Christianos. Hic anno ætatis trigesimo quinto per laciniolas illas examinum seuerissimorum, & serupulosas moras, summum Doctor attigerat gradum, & quidem inter alios supremus, Colij scilicet seu Censoris. Quodque vt rarum, sic prorsus mirabile, Christianum prope, homo ethnicus iam viuebat, non dico tantum ad vitæ specimen, & iudiciorum in Magistratibus integerrimam

84.  
Lusitani &  
PP. Pechino  
remittuntur.

85.  
Misericors  
ethnicus cō-  
uertitur tan-  
tum.

mam æquitatem; sed virtute priuata, & propria quæ illum teneritate  
 in miseros afficiebat tam effusa, vt ab suis quoque magis prodigus au-  
 dieret, quàm cautè liberalis; præter quotidiana vitæ subsidia, mendica-  
 bulis erogata; instante iam bruma, multos aduersus vim frigoris præ-  
 muniebat vestitu idoneo, & quos inuenisset iacere humi ad somnum  
 proiectos, iubebat colligi, & lecto comodo iuari; quibus ille in  
 calamitosa corpora, multis natiuæ misericordiæ assiduè officis,  
 ad animæ suæ respiciendam infelicitatem, Dei misericordiam inflexit  
 sed eo donorum cœlestium scœnore, vt sanctus euaderet, nedum Chri-  
 stianus. Cianseium reuersus ad parentalia materna, primum cepit  
 Alenium nosse, post eius consuetudine gaudere, mirari virtutem, &  
 ingenij dotes; suauissimè ac sæpè colloqui, ex quibus Alenio pronum  
 fuit insinuare illi vnum & verum Deum, inde Christi doctrinam &  
 sapientiam, tum immortalia, & æterna; his mirè vir præstans & ca-  
 piebatur, & assentiebatur vltro, nec diu distulit profiteri se Christia-  
 num, quod solenni more vt significauit, sumpto ex altari Catechis-  
 mo, eruditus est diligenti, & lenta Alenij institutione, in qua ex eo  
 dàm quæretet, ecquid sibi sentiret inesse fiduciæ ad polygamiam ciui-  
 randam, quam vera Dei lex damnabat; respondit illam se quoque dam-  
 nare, quod nulla re alia voluptarias sectas relinqueret, nisi clara perui-  
 dens persuasusque ratione Christianam legem, veram Dei vnus veri,  
 legem esse, aptamque ex integra illius obseruatione animi salutem  
 & beatitatem nunquam desturam, quæ id saltem à nobis exigeret vt  
 vitæ huius caducæ ac fragilis carere voluptatibus omnibus libenter  
 vellemus ad possessionem felicitatis illius sempiternæ tuto nobis æter-  
 num afferendam. Baptismi lætitiæ quem sacra suscepit Pentecoste,  
 nomenque inde Thomæ tulit, nouo sibi auxit lætitiæ genere, quic-  
 quid simulachrorum illi fuit eo ipso die comminuit, proculcauit, in-  
 cinerem redegit, solitus antea singulis, etsi erant ingenti numero,  
 prosterni quotidie quater, eaque luminibus, sacrificio, & odorum  
 suffitu adorare. Palatij postibus edictum postridie appendit; nec  
 Bonzius, nec idoli Minister, intro pedem ferunt. Ianitor eorum  
 mandata; poscentium visere, ne capiro. Quod fuit perinde vt illos  
 pro fœce hominum palam traducere, contaminatura quam subirent  
 domum. Indidem pariter ex portis Muescinorum tulit imagines (ido-  
 la sunt Gigantum corpore) quæ auerruncare putantur infortunia, &  
 domorum aditu oclusis foribus arcere, vice autem illorum Iesu no-  
 men augustum, & præpotens, in omnium prospectu reposuit. Cùm  
 autem ad eum plurimi priuatim & publicè iis præsertim ex locis ac-  
 currerent, in quibus exercuerat Præfecturam (certè Alerius in par-  
 tem illorum centum viginti numerauit) ad cohonestandum luctum  
 materni funeris, expletis ille apud singulos vrbauitatibus solitis, pro-  
 fitebatur se esse Christianum, hoc est veri Dei scientem, & famu-  
 lam, legumque illius custodem obsequentissimum, quarum sanctitati

nihil Sinæ haberent comparandum; & quicquid eatenus laudatum vixisset, indignum laude, ad eas se credere; hoc primum ab ipsis renunciari suo nomine iis velle à quibus venissent. Inde illos ducebat in elegantissimum sacellum, ut Salvatoris effigiem adorandi saluerent, audirentque ex Alenio de inanitate idolorum, & scientia veri Dei, quæ rogabat ab se in patrias reuerſi, suis repeterent; ipse in sua incredibile ardore nec minori fructu Christianismi propagationem cum Alenio promouebat; in qua hoc fuit admirabilior, quo desperante auunculi eius conuersio, ut qui cultu Deorum pertinaciter insaniens Thomam assidue sugillaret, exprobraretque illi quod stultè & impie ab Diis, & Semideis Sinarum, cælo terraque metuendis, & gæliorum fama regno gloriosis, transisset ad miserum, pauperem, patibulatum Deum; garrulitate infatuatus barbari hominis, & terræ filij cuius solùm natale esse oporteret infelicissimum si talis in eo adoratur Deus. Sic insipiens ethnicus, & in sua sapientia delirans, qui tandem Thomæ adductus precibus ut de patibulo illo audiret Alenium, animi gratia morem gessit, itaque in sensus oppositos, & Deo dignus repente transit, ut nec Thomæ Doctorem necesse fuerit hortari hominem, pergeret audiendo; neque Alenio ut fieret Christianus. Baptismo consecratus, fuit & ipse vnus ex primariis fundandæ tunc ibi Ecclesiæ fundamentis.

Tulit hoc item anno ex variis vrbibus copiosam messem nostrorum labor. Debuit Sciamhaium Pauli Doctorem præsidio tuta, tyranni Scin furiis illustrem manum centum viginti ethnicorum, quos pulsi ab eo, Sciatino Partes illic baptizarunt: lepidum quoque illic remedium, quod lepidi iuuenes malo sui vicini extremo, extremum fecere. Habebat is domi populum idolorum, tantòque illa venerabatur metu, & horrore, ut putaret se mille sorbendum inferis, si vel tenuem admittisset de fallenda iis fide cogitationem; amentiam hominis alioqui amici dolebat familia Seueri, optimi Christiani, sed cum ultra misericordiam nihil agerent, duo eius filij iuuenes animosi, tacite apud se hanc morbo illius comminiscuntur medicinam, die dicto illius in domum se penetrant, lararium subeunt vbi magno sumptu, laboris, odorum, & temporis, simulachra plus centum, infelix adorabat; impietatis hominem admonent, quàm nulla posset ignorantia excusare ut quæ diuinitati summæ debitos honores, truncis, & saxis tribueret; perguntque multis id sacrilegium damnare, ille voces in Deos maledicas ne pati diutiùs cogere, auribus obturandis manus ambas appressit; cui alter subridens quando inquit tam duris quæ dicimus, & incredulis auribus accipis, proba certè tuis ipsèmet oculis quàm vera sint, & hic iuuenes iniectis in statuas manibus, alias aliis tamquam malleis frangere, collidere, vertere, calcare truncas & mutilas, ne quod de illis superstes frustrulum restaret à condigna ignominia liberum. Propugnabat ethnicus pro Diis suis non impigre, sed

dum alterum à strage totis viribus inhihet, grassatur in eam alter ferociùs; tandem frustra se esse intelligens, & tanti quod coram spectabat sacrilegij horrore syderatus præsentem, à Diis & crudelem expectat de iuuenibus impiis vindictam: sed ij peracto demùm negotio, accedunt ad eum alacres stupentem magnoperè atque indignantem quod suorum Deorum, fulmen in eos nemo excuteret, nemo terram iuberet, iis discedere. Ex quo suam dedoctus stultitiam sibi que, ac Diis plurimùm irascens, hinc ait, mihi iam nimium liquet, certò que conficio me domi ligna & lapides, pro centum Diis coluisse; nam si estis Dij, vbi potentia? vbi sensus iniuriæ, & diuinitatis? si nerùm quidem est cum crura vobis comminuuntur, & brachia, dum ora & capita contumeliosè deturputa vobis amputantur, sed hanc vobis culpam non benè imputo, estis enim hoc solùm quod præferitis, ligna & lapides; Bonziorum est crimen à quibus deceptus sum, & meum, qui me illorum fraudibus dementandum permisi, & persuadendum vos esse aliquid præter caudices & saxa. Beneficiis demùm iuuenibus & in suam vicini salutem industriis, placatus, & gratus iuramento firmavit se fore Christianum. Contigit alia Quamhail clades, Sciaocensis vrbs maiori suburbio in Provincia Cantonensi, quam cælo vindice illatam dixere Christiani: erat suburbium cænobio & templo celebre, cui olim domum incolebamus finitimam ac proinde Bonziis inuisam, quorum nos potissimùm factio inde pepulerat. Reuisens hoc anno Trigaultius residens illic Christianos operabatur sacris, cum in se templum Bonziorum à summo corruens, Deos suos omnes ruina subita sepeliuit. Exciti fragore Christiani, cladis auctorem æquissimum Deum laudant, reponuntque Bonziis quod sibi tortes exprobratum ab iis fuerat; templo illos carere, hortanturque vt diis opem ferant, pressos collapsis molibus subtrahant, medicamenta contusis, & faucibus parent, & sandapilas mortuis. Cæterùm lætius culturæ nostrorum, Zurite, Tecinum, Hancum eiusque confinia responderunt quam loca reliqua; nec absque præcipuo fauentis numinis argumento; quale decrepiti Bonziji ad Christum cælumque vocatio. Is prima ætate caudicum agens cœpit (quod mirum in ethnico) conscientia verbere pulsari, quod artem exercebat cuius fructus omnis, laus & præstantia, mendaciis, fraudibus, & calumniis apud Sinas constaret, essetque latendo, & fallendo, aperto latrocinio par. Quare vt saluti non modo consuleret, sed meritis locuples gradum suo in paradiso sublimem obtineret, attonsus in Bonzium, vitam egit ad annos octoginta, spontaneis suis cruciamentis miserimam, quoad morti vicinus, ad fratris filium ferri se voluit quamuis Christianum, vt illic placidè in eius sinu animam efflaret: ac mouere quidem huiusce monita de bono & vero religionis Christianæ, sed vis potentior diuini spiritus grande illud effecit vt spretis annorum quinquaginta, quæ sibi finxerat meritis, Christi anteponeret statim fidem, eiusque audiret

dolores morientis, dissolueretur in lacrimas, & se in terris infeliciores, & beatiorum, agnosceret neminem; quod & tam diuturnas & cruciabiles ærumnas ethnicus perdidisset, & allequeretur nihilominus à Christo Iesu regnum beatæ immortalitatis pro quo nec illi diei vnus ieiunium donasset, quæ cum diceret, pectus continuo ex antea actæ vitæ pœnitentia tundeat, iisque illam deslebat singultibus vt rogandus fuerit ne vim tantam valetudini afferret: at is ea vi potius leuabatur, plûsque inde solatij ducebat, quàm incommodi, & laboris; morti demum propinquus expiatus est sacro baptisinate, & in assidua Redemptoris cuiusque Matris dulcissimæ inuocatione expirauit. Sequitur iuuenis Patre natus illorum ex Prouincia Fochiensis, curiosi ambo Christiani dogmatis pernoctasse fundamenta, de quibus sapiùs iucundè audierant; sed hoc vtriusvis aut aut amborum culpa discendi studium tamdiu languit, donec periclitari cœpit ex morbo filius, simulque diuinitus sentire mortem sibi à Deo infligi præmaturam ob dilatum suscipiendi Christi consilium; tunc vero dolore non consolabili, suam illam damnare, ac deslere negligentiam vœcordem, multisque à Deo precibus inducias poscere per quas posset baptisimo lustrari. Hæc acerbè dolenti, orantisque efflicitim obicitur species linearum trium, noto caractere, sed manu ignota in aduerso pariete scriptarum: priori Deus hortabatur vt suus esse vellet, suamque illi ad hoc opem spondebat; altera illi addebat animos ad peruincenda quæcumque obsisterent, promittebatque multos illius exemplo ex cæca simulachrorum seruitute, iter inuituros æternæ libertatis. Consolabatur iuuenem tertia, spe ingentis boni, quod esset triennio post aditurus. Viso primùm turbatus prodigiosæ epigraphæ; lectu mox & promissis lætus, seque ipse vix præ gaudio capiens, Deo se in seruum obsequitissimum, & perpetuè constantem mancipat; inde ab extremis ita illico conualescit, vt die tertio cum parente, nostrum adiret Sacerdotem, à quo in baptisimo nominatus est Michaël, parens autem Matheus. Hinc fidem epigraphæ, euenta magnificè fecerunt. Familiam suam Michaël, aliosque alibi complures, Ecclesiæ adiunxit; Matheus ethnicis, Magister salutis eximius extitit; Christianis exemplar inculcentum absolutæ virtutis, & Patre absente monitor optimus ad diuina. Eiusque proinde gratiæ apud Deum, vt etiam difficilia facillè, petenti auerteret. Ardebant incendio domus, eius palatio vicinæ, & in contiguam, flamma vento pellente grassabatur, proiectus in genua, & piam manu prætendens imaginem, seruari sibi intactum palatium orauit, statimque restans ventus in ædes aduersas nondum igne libatas retorfit incendium. At enim vir sanctus suo minus gaudens & acquiescens bono quàm damno anxius alieno, quo rebatur se domum ab igne redemisse: iterata pro miseris prece, ventum mox simul ignemque restinxit. Ipse beneficii accepti gratus, sibi & toti familiæ dierum aliquot iudicavit ieiunium, aliisque vltro perfunctus pœnis, diuinæ mensæ accubuit triennium Michaël ita vixit vt vitam illius, quod datum antea fuerat nominati,

mini, ad posteriorum documentum Christiani vulgavit, omni virtutis Heroicæ præstantia confertam; expletis demum annis tribus euocatus est ad magnum illud & ineffabile apertè videndum fruendumque bonum, quod illi obscuriùs inscripto parieti promisso Deus monstrauerat. Fortunatissimo iuueni potest geminus aut secundus videri, annorum quindecim sanctus puer, cui ultra metas periculi vltimi, annos Deus produxit, ob vitam magnis virtutibus insignem. Parente vtroque maximè inuitis Christianus effectus, Melchioris nomine cum precatoria de collo corona, nõ est veritus se illis sistere. Furere illi ad inexpectatum pueri facinus, indignari, scire, nullam eius vexandi occasionem præterire, contra ille crescentem in dies eorum barbariem, patientia minimè puerili, in argumentum meriti vertere; morem illis vbiicumque fas erat gerere, duplo quàm ethnicus obedientiùs & celerius parere, maximè verò adtentibus opud Deum votis contendere vt cæcorum parentum oculos aperiret veræ, & sempiternæ luci. Vicit ferendo & orando puer, vidit ambos denique Christianos, haud sua quidem, quod ipsi aiebant, importuna suasionem persuasos, sed exemplo virtutis, & vitæ totius integerrimo candore. Igitur aliquando vt conlucuerat ad piscatum egressus in fluuio qui domum eius præterlabebatur, dùm cimbæ ex margine, retè pronior mittit, præceps in amnem prolapsus mergitur, hora ante solis occasum altera. Ingruente iam nocte, cunctantis filij suspectam mater habens absentiam in ripam euolat, cimbam oculis & filium quærens, retè solùm aduertit fluuio innatare, nec iam casus funesti dubia in eiulatum erumpit, & lamenta, obitque cursu ripam, si quod fortè illius vestigium cerneret; nec multum processerat, cùm videt puerum haud procul à terra in aquis sedentem, immobilem, demisso in sinum capite similem dormienti; inclamat incerta, num viueret, expergefactus nota voce, admirans circumspicit, & quis, ait, me fundo aluci quo præceps rueram eduxit? nec de loco vbi constiterat, vel horarum trium quem dormierat somno quicquam præterea referre potuit. Quidam eius virtuti, miraculum assignarunt; alij sacratæ quam gestabat ad pectus agni ceræ. Annorum claudiscessu P. Ioannis Rocca quem cælo maturum fecerat annorum labor trium & viginti quos in Sinis colendis sudauerat. Luxit eum cum omni familia, veste mutata Doctor Paulus, tanquam alterum patrem à quo erat in Deo per Christi lauacrum genitus. Sed faustissimum Christianis principium iniiit annus sequens, voluentis æui quartus supra vigesimum, morte feliciter infelicissima, sanguinarij tyranni Scin, eorum carnificis, regni olim Colai hoc est in publica re administranda post Regem primi. Contigit Aprilis vndeicesimo; vulgatam, ex templo vbi que plurimi ex omni ordine venerent nobis gratulatum; multi ex animo, quidam ad speciem, quæ primas ferè partes agit in vrbaniatibus Sinarum; excepti omnes vultu tristi, & miseratione detestabilis animæ, post temporariam hanc mortem,

85.  
Pueri ad  
Christum  
fortis con-  
uersio.

86.  
Tyranni  
Scin obitus,  
& Patrum in  
eo modestia.

in supplitiis æternis æternum victuræ. Nostrum nemini excidit læta vox, nullius frontem explicuit rei optabilis nuncius; quod emuncti virtutis æstimatores Sinae hoc sincerè magis fieri iudicauerit quò viuenti tyranno, & Ecclesiam lanianti plus bonorum à Deo precabantur, quàm malorum ab eo tolerarent. Secutus est miserum quindodecimo post die Colaus Ho iuratus & ipse Christianorum hostis, breuique spatio potentissimos suorum carnifices, furore, ac vita Christi exarmavit, & factionibus impiorum, à quibus cruento fauoris prerio Christianorum exilia, & tormenta emebant. Accessit his Ecclesie prosperis, Pauli Doctoris in Scilan prouectio, hoc est Assessorum in Prætorio Rituum, & peregrinorum; nec multò post Doctoris Michaelis in pentarcham vrbis Pechinensis cuius partes quinque suum habent singula Præfectum, vno tantùm gradu à Prorege distantem. Postremò Ignacius quamuis nondum adlectus in Doctorem, comperta tamen aduersum Tartaros in bello prudentiæ, adscitus est inter quinque armorum Consiliarios, vixque inito Magistratu machinam disciecit prætextam falsis suspicionibus in Lusitanos Macaenses; repta in Christum compactam. Degebant Pechini Longobardus, Diaz minor, & Adamus Scial, hortabantur hos Paulus & Leo Doctores, librorum Riccij aliorumque Patrum editionem iterarent, exemplarium millibus triginta, ad instaurandum toto regno bonum nomen, & clarum Apostolici muneris; sed cum deessent rei tantæ sumptus, vian Deus suggestit, qua illa auctoritas diu attrita, non modo resurgeret, verum & cresceret. Triplex in cælo conspectus fuerat lunæ labor, superioris anno primus; alter & tertius, huius anni Aprili, & Septembri. Prædictionibus Adami Scial ad amissim omnes ad eò responderunt, vt Astrologi Collegæ, & Mandarinorum præcipui, integrandum censerent apud Regem negotium de reformando Sinarum Calendario abaco, & præficiendis operi Patribus, præter quos nemo posset ei vel arte vel ingenio sat esse, mouit præterea in Prouincia Pechinensi hoc anno terra, & bonam eius conuulit partem, quæ rei ambiguae nouitas librorum segentem, peperit infinitam, quibus in errores à vero tam deuos, & monstrosos iere Literati vt viderentur inter se ludere ecquis ab eo discederet longius. Silebant ad hac interea Patres ne immodestius tot Magistris sese intruderent, iisque crassam suam & stolidam ignorantem exprobrarent naturalium causarum euidentiori explicatione, quam vt posset iis earum incertitia condonari: rogatus sæpius Longobardus vt suam nihilominus sententiam diceret, de prodigijs illis euentibus, eam scripto libro, vt in Mathematicis valebat plurimum, doctè complexus est; tulitque hoc primum operis pretium, quod Literatos sui pudorerit, & suppressendas lacubrationes verecundè ad se retrahere niti sunt, quas ambitiosè in publicum miserant. Deinde vt librum Longobardi Regno vniuerso notum facerent, & illustrem, arcam, vt aiebant, inuentoris, quod Philosophiam Sinarum omnem ab æuo latuisset. Postremò

Mors item Colai Ho Christi hostis, &c.

Contra, Mardar, Christianorum, prouectio.

87.  
Pp. Pechinum recedent, Calendarium instauratur à nostris Sinarum rogatu.

(quod iis vbique solemne est) cum palmam nobis ingenuè cederent in  
 morum scientia, naturæ, ac Mathematicis, magnam ipsi Sinæ prome-  
 terentur laudem synceri ac nobilis animi, atque ab invidia remoti, quæ  
 nidulari præterquam in vilibus, & abiectis ingeniis non solet. His admi-  
 niculis reforescens nostrorum in aula existimatio, aditum iis primum  
 in Prouincias dedit Euangelij saculo intactas. Dedit quoque Pechinum  
 aliquam iis messem adscriptorum ad fidem ethnicorum, pro suspitioni-  
 bus eius aulæ Regisque ipsius, parcam; quos formidabiliùs terrebant  
 nouarum sectarum insidiæ, quam aperta vis Tartatorum. Sed ex ve-  
 teribus Christianis vnum cœlo hic annus adscripsit plebeium homi-  
 nem; virtute haudquaquam plebeia, primum illic in Christo Riccij  
 filium, & Benedicti appellatione ex sacris fontibus planè non vacua ab eo  
 insignitum; regis illius Ecclesiæ tantis nunc porrectæ spatiis tunc  
 vero nascentis primarium lapidem. Admirationi Christianis & exem-  
 plo fuit annos quatuor supra octoginta, in omni officio religiosæ cha-  
 ritatis; illud peculiare quod post adoratas quotidie in templo extra vr-  
 bem Redemptoris & Virginis icones prosternebatur ad Riccij sepul-  
 chrum quater, eiusque dulcem memoriam, dicta, gestaque cum lachri-  
 mis, iucunda narratione recolebat. Restitutis demùm in Regis gratiam  
 Patribus Longobardo & Diaz, seque in publicum iam proferentibus,  
 Simeoni sancto geminum aliquid optimus senex incinuit, vt cui nihil  
 in vita restaret cur viveret, postquam nostros, quod vnum optabat,  
 cernebat in aulam reuocatos; hinc morti paraudæ feruidè incumbens  
 poscebat illam citam, & facilem, ne familiolæ tenuis, prolixo languore  
 grauaret inopiam idque sibi concessum agnouit, cum à templo regressus  
 aliquando, dixit se quatrinduo post in viuis non fore: huius dies tres salutā-  
 dis postremùm Christi, & Virginis imaginibus insumpsit & Magistri sui  
 Riccij sepulchro, quarto die ad Patres in templum venit, vltimæque ab iis  
 impetrauit sacra, et si non alio moribūdus quàm deficientis naturæ morbo;  
 post domum vt potuit se trahens cum decubuisset, familiæ suæ benè pre-  
 catus est; vnòque ad eam documēto omnia complexus, præcepit sic viue-  
 rent vt legis quâ profitebantur poscebat sanctitas, & metcedis quam præ-  
 stolabantur munificentia, ad quam properare se aiens animâ efflauit. Pa-  
 terentur est illi à Christianis velut Patri, humatúsque est propè machi-  
 narium Lusitanum, quem diffracti tormenti disiecta æra nuper necaue-  
 rant, nam illic, inquit, quietiùs manseto; inde alacrior cum antiquo  
 Christiano ad iudicium extremum surrexero. Martio ineunte Sinas in-  
 gressi sunt operarij tres, cautis, & longis itinerum flexibus, P. Iacobus  
 Rhò, P. Ioannes Froez, & P. Alphonus Vagnonius quem in Eu-  
 ropam tyrannus Scin retrudi edixerat, cumque is non esset qui premi-  
 latebris deberet, nec possèt vsquam in Prouincijs australibus ignotus  
 apparere, vitari placuit nouas apud Regem, accusationes Doctorum  
 Christianorum Sinensium qui dicebantur Patres in regnum iuducere,  
 eam ob rem in remotissima missus est, vbi ciuium ad fidem probata

88.  
 Vita & mors  
 primi Chri-  
 stiani Sinen-  
 sis sancta.



UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN

docilitas, & Doctoris Philippi pietas, fratrumque secundi Literarum ordini s duorum Stephani, & Thomæ, experientium nostrorum operam fruges spondebant vberimas; de quibus proximè, nam cadente hoc anno illuc tantum peruenit. Laudauitque mirificè accuratissimum laborem & formam Christianæ institutionis ad quam Neophytos Christianiani finxerat P. Rocca, in Prouincia Chiansi; quod tanquam specimen communis diligentiae nostrorum ad formandum vbique in Asia Christum ex eodem Vagnonio refero. Ait enim Romæ ad Lusitanos Assistentem, grato foret ac pio R. vestrae spectaculo Christianitas hæc à P. Rocca fundata, & prouecta: componunt eam ferè Literati, & honestissimi homines, sic tamen seduli ad diuina vt sacris ambiant in cœbasea castala ministrare, ornare altaria, operam omnem Ecclesiæ præstare Deum cantu & verbis habere perpetuo in ore, ac licet ab rebus externorum valdè abhorreant, quæ tamen in his ad cultum animi, & Deum attinent, iis singulariter affici, nata est crescitque nunc etiam inter angustias paupertatis, & insectantium, aduersariorum, ex quo illi progressus feliciores auguramur. Nobis domum facit sacra ædificata cum tuguriolis duobus quæ sediculo, lectulo, mensæ palmo implentur penitentiæ, sed iis mentem Deus voluptatibus diffundit, vt sua Romanis, & Conbricensibus Collegis non inuideamus ambulacra.] Quod idem cum Rocca pronum fuit & aliis dicere, sub noctem præcipuè post laboriosum diem, cum vacua opera se domum reciperent. Caifuni certè in Prouincia Honana quadrimestri toto nullum Trigaultius, Christo lucratus est; sed quo erat iis sterilius in speciem labor; eò vberius interora gaudia exaggerabant solidum meritum voluntatis, diuino vbique nutui conformata, siebátque non rarè, vt messem sæpius stementi grauiditas falleret, & vice versa de inculto solo messis opima ditare agricolas, quò intelligerent in perducendis ad Deum animis, Deo omnia, nihil sibi arrogare, vt qui reuera nihil possent, nihil agerent, nisi manum aratro Dei spiritus admoueret. Cæteris Patribus nouus dedit hic annus Christianorum colonias, & veteres auxit, Sambah maximè, ideirco hic memini, ne prætermitterem conuersionem crepiti supra octogenarium quinquennis. Capularem senem, oblitum, ac frigide in exitium pergentem, incredibili dolore prosequitur filius Christianus, nihilque precando, suadendo, terrendo præteribat, quo illum à præcipitio arceret. Cui senex vitæ antea fiducia plenus, æquis, aiebat caput quassans, Deorum omnium modo æquus est, vt esse omnino Deos decet, inferis me addictus; vt tutè mihi pergis o cinere, si vt vixi hæcenus vixero; quantum datum se mihi præbeat cognitorem, nec homicidam profecto me, nefarem, neque adulterum, in omni vita vsquam comperiet, sed è cotariò, pium misericordem, ieiuniis, Bonziis, peregrinationibus inter paucos singulariter addictum. Hac præsentia, quanquam sui delictus ignorantia, peribat miser, misero filio, parentis interitum afflicta lacrimis.

89.  
Neophytorum  
extimia  
pietas.

90.  
Senis stolidè  
præsentis  
conuersio.

lacrime deprecante. Viginti ergo quàm obiret diebus, respexit Deus salutis suæ cupidam indolem, nec malignitate animi, sed cæco errore ab ea proludentem, mutata subito in aduersum mente, accersit filium. si nulla est inquit, præter Christianam, vt inculcasti toties, ad salutem via; cur Patrem mihi non aduocas, qui vel nunc proximè moriturum in eam inducat, nec sinat totum & æternum mori? dicto citius adest Pater, suæque iam hominem perinde amentia, arrogantia, meritorum in Deos immemorem, vt si nunquam antea illos nosset baptismo expiat, iis animi gaudiis delibutum, vt crescentem in horas mortis cruciatum eorum sensus opprimeret; gratulabatur sibi apud inuisentes, tum Christianos, tum ethnicos, & suspicite, aiebat, felicitatis meæ miraculum! Christianus sum; meus idem est, & cæli Dominus Sæuator meus Iesus Christus eiusdem filius. Vitam denique, & vocem in suauissimis cum Deo colloquiis absoluit. Illic præterea Doctor Leo nepotes quatuor cælo dedit, ipso adhuc in vitæ limine, Christi sanguine candidatos, quibus inuidenda esset potius ætula innocens quàm dolenda mors præcox: sepulti sunt festiua in veste, interque lætos Ecclesiæ cantus, admonitque Neophyti defunctos iis affectibus prosequi quos sperata illorum, vel desperanda salus exigeret. Doctoris matrem secuti paulò post fuerant, nepotes; iuuerat eam Alenius ad parandam mortem; Rex titulorum ornarat insignibus qui tanto dignam filio decebant, & qui præcipuo splendore familiarum stemma nobilitant. Illustriores Leo putauit fore ipsius exequias, si ad eas ornandas nullius ethnici admitteret manum: capaci, de more & pretioso clausum sarcophago cadauer, in aula palatij maxima locatur, programma illi altè imponitur, quod cubitalibus literis, defunctæ nomen, & decora, præferret, quòve sanguinis gradu parentantem attingeret: quæ satis proluxa narratio subiectam hanc solet habere dedicationem [mortui spiritum, esse Dominum eius aulæ, fuisseque hanc ei sacratam] ad hæc idem qui exequias celebrat, Mandarinum cuius sit illi auctoritas grauior, attatus conuenit, & multa proclinatione ex eo poscit, vt supremam addat programmi manum; hoc est vltimum eius characterem, tenui perstringat penicilli ductu, qui tanti est, vt hoc solo firmum ratumque putetur fieri, quicquid de mortui laudibus exponit inscriptio. Adest Mandarinus solenni pompa, & habitu aulamque ingressus funebrem, inuitanti quater demissè prosternitur, vicinque ab eo eiusdem recipit honoris; inde vbi mensæ ad hoc paratæ assederit, circumstititur domesticorum, & rituum agmine, programma hic signandum exhibet; alius penicillum; iste sepiam odoratam, eique diluendæ marmor; omnia elegantissimè ornata. Assurgit denique velut cogitabundus Mandarinus, & ferium aliquid apud se agitans; admoto dehinc ori penicillo, siue humectando, siue anima sua imbuendo, manu tandem protensa, magna specie maiestatis, subseribit vltimo characteri jota, quod tanto molimine patturiuit. Inde

Nnn 2

91.  
Funus matronæ nobil.

gratiarum actio multiplex, & repetita laena rituum vrbanoꝝ, & appensum sarcophago programma, inter clara deinceps monumenta familiae seruandum. Nullus erat Hancei Mandarinus quin ambire ad tantum inter Sinas opus à Doctore Leone inuitari; at is humilem Literatum prærogatiua Christianismi, & virtutis ethnicis omnibus prætulit; illum quin etiam minimè passus est, id sibi aut matri de genibus obsequium funebre præstare, ne videretur cæteris posthabere, quem sua religio, & virtus anteponendum suadebat. Neophytorum suffragia tametsi pauperum libenter admisit qui ad defunctæ leuamentum precaturi in aulam conuenerant.

Sed præter has mortes, quibus acerbè frangebatur, Leoni discrimen incubuit, quo tantum non domi cum suis crematus est. Lacus est Hancei piscium tam ferax, vt multa nummorum millia quotannis fisco reddat; immunis est angulus à piscandi iure, sacerque idolo cuiquam, tutum præbet piscibus asylum, quam immunitatem à piscatoribus Bonziji caro emunt. Ripa Deorum templis, cœnobiis Bonziorum, & Literatorum musæis prætextitur, ex quibus quod illic habebat Doctore Leo iussus est aliò transferre; sed is ita pressim respondit Protegi vt occasionem edicto dederit, euertendi cœnobia omnia, & templa, quod piscationi haud minus officerent quam musæum Leonis, & census sui parte fisco minuerent. Edicto insani Bonziji furere, minari de cælo extrema omnia, populum ad ignem, & sarmenta contra Leonem incendere, nec facinori peragendo aliud defuit præter ducem, & minantium contemptum qui exertis gladijs negabant se velle licris ædibus superstites viuere; eò occubituros sua manu, mox vt iis assulam detrahi cernerent. Hoc mortis & vitæ angusto Doctore Leo, familiam omnem, ipsosque pueros seuerà obtrinxit dierum trium inedia, cuius tertius dies periculo finem imposuit, priori edicto contrariis iussibus per eundem Proregem antiquato. Nunc antequam cœtera exequor, huius anni signanda nomine, indicandum est obiter quod erit postea ex proposito tractandum de propudioso Eunuchi dominatu cui regni totius imperium, suisque adeò Rex ipse mancipatus. Primas iam annos octodecim in aula tenebat Colaus Ié, integritatis, & sapientiæ gloria & nauata tribus Imperatoribus regendi opera, eò quem enim Rex columnam regni cognominauerat. Hic vilis semviti, & quales Eunuchi sunt, ad seruitutem nati, pertasus imperium, abdicare se Colai officio maluit quàm capessendis impuri mancipij nobilibus supremum Regni ministerium scedare. Causariam itaque ab aula, cui par iam non esset, missionem facile impetrat, sibi secumque in posterum quod vitæ supererat in Fochiensi sua patria victuros, & regnatura impotentius Eunuchis campum vacuum relicturus: nihil nobis & Regno tanti viri iactura, venire damnosius potuit, cum inter ethnicos esset nemo, qui tanto studio afficeretur nostris rebus, professusque sit in discessu Fano nostro Pasqualio Mendezio Sinæ, cuius virtutem singu-

92.  
Colai ethnici  
egregia  
in Christum  
propens.

lariter amabat; in Prouincia Fochiensi, haudquaquam se alium quàm Pechini fore gestaturumque se continuò in oculis Patres (hoc est vt Sinæ intelligunt) inuigilaturum nobis sollicitè, vt quos sciret à multis iisque potentibus insidiosè impugnari. Sic in nos affectus Hanceum descendit, vbi Alenij obsequiosas salutationes gratissimas habuit, condixitque se postredie apud illum cum aula sua fore, ad Redemptoris effigiem adorandam, sed hoc fidei sacræ à supremo post Regem capite, decus pariter & emolumentum interuertit Mandarinorum vndique multitudo, quorum excipiendis officiis distentus, stare promisso non potuit; aliam ad ipsum Alenius minorem Christi effigiem sub discessum tulit, quàm veneratus est religioso magis animo quàm ciuili, agnouitque in illius vultu diuinum aliquid, admirans se illo aspectu ignota eatenus & incredibili perfusum voluptate. Adiunxit & aliis ab Europa munusculis Alenius planisphærium factum fabre, cuius vsu & arte cum mirificè delectari Colaum cerneret, iure, inquit, tibi vir maximè! leuia, sed non leuis ingenij probantur, esseque alia his consimilia ingenti numero, nec sine admiratione laudaturus, quæ tamen apud Europæos, oblectamenta sunt dumtaxat fatigati doctrinis maioribus animi, quas tibi ah! si liberent audire, alias profectò cuiuscumque vsus & pretij, tuo indignas ingenio, & sapientia putabis; tùm digressus in beneficia quibus Riccium & nostros, annis quadraginta omni ope, infestissimis temporibus constanter fouisset, significauit non potuisse nos absque ingrati animi vitio, premere illa inter Sinas, sed nostro latè quaqua- uerium vulgasse Occidente; ipsius prosperis, & felicitate perinde vt propria lartatos, gratulatos esse honoribus, & sublimitati, parcas tamen has esse ac steriles gratias, quæ de perituris, & in peritura desine- rent. Sibi nisi obstaret, promptum, (ac ne ipse obstaret enixè petere) beneficia illius solidioribus, & æternis rependere gratiis, bonisque tùm summis, tùm immortalibus. Longè alium esse à Rege Sinarum cœli Regem; cœli Regiam ab aula Pechinensi; beatitatem cunctis exaggeratam bonis, sed aura quauis, aut morte diffabilem ab immortali, & nunquam desitura; verum ad hanc vnum patere aditum, professionem legis Christianæ. Animaduertit Colaui vir sagax Alienum ex animo loqui, & desiderio inflammato felicitatis sibi procurandæ, acturusque cum eo de illa per otium, itineris reliqui cum sibi asciuit comitem, & primas honoris semper illi per diem in sua Prætoria detulit, noctes in alia nauim agebat Alenius. Sed occurrentium stipante se densius in dies pompa, prout fiebat patriæ propior, & officiis honoribus, ne momento quidem parcentibus quod posset vacuum Alenio dare, rogauit illum primo verè adesset, auditorum se cupidè de quibus instituerant tractare; promoturumque illius operam ad conuersionem anima- rum in Prouincia Fochiensi. Sibi quidem ex schola veteri, & Magistro Confusio constare, vnum esse orbis huius Monarcham, terrarum, & cœli Dominum; proborum remuneratorem, & scelerum vindicem;

esse verò eundem vniuersorum conditorem, & conseruatorem quamuis antea ignorasset, iis sibi ab eo tam pressis, tam euidenter probatum argumentis, vt spretis in perpetuum idolis, vnum illum deinceps mundi esset auctorem, & Rectorem adoraturus Deum, liquere sibi de fæctimonia diuinæ legis, tum docentium verbis, tum Christianorum expressa moribus, tum Philosophorum Sinensium antiquis placitis mirificè congrua; & eius quidem obseruatione libenter se fore Christianum, sed à baptismo & credendis quæ omni oraculo Christiani censent credibilia, auerti se duplici ex causa, Vanitè scilicet Regis sui ac Domini veneratione cuius olim decreto essemus regno pulsi; & reuerentia diuinæ maiestatis, quâ indignum censeret & incredibile, Deum pro hominibus hominem fieri, & humana pro iis mortemque adeò probrosam ab iis perferre. Post hæc duobus donatum stabellis, quæ Christianismi, & eius encomio eleganter ornata, humanissimè dimisit, adiunctis comitati fidei, & prudentibus monitis quibus illum par fuit præmuniri ad firmandam in Regno sedem, externis tantoperè infenso. Nos condito illum primo verè reuocabimus ad Colaum, referemusque reigionis incrementa, quæ libro proximo suggerit sequens annus.